¶ Sed cōtra ꝓdicta quedam dubia breuiter possunt moueri inquisitiue ex quorum solutione veritas magis elucidatur. Primum posset rationabiliter queri. ꝓut Aug. querit sup Gen. ad lram cur non scriptum est. Dixit deus. fiat terra t facta est. Fiat aqua seu abyssus et factum est. sicut dixit de luce t de firmamento t huiusmodi. Secundo potest queri si abyssus hic accipit. vt dictum est ꝑ aquarum multitudine impenetrabili terram vndiq; circundante. cur non ꝓpre hoc declarauit deus dicens. multitudo aquarum erat sup terram. cum aqua ab oībus q̄tumcunq; rudibus sit ꝓceptibilis. t de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mētio. non autem de abysso in hoc loco. Tercium. si faciem abyssi accipit in hoc loco ꝓ primo mobili. vt dictum est. cur statim ipsum noiat aquas cum dicit. Ferebat sup aquas. ꝑm istam expositionem. Quartum. cum spūs dñi seu spiritus dei pluries in sacra scriptura accipiat ꝓ aere seu vento. vt in pō. Flauit spiritus eius t fluent aque. t in alis. vñ ergo cogimur vt in hoc loco accipiat ꝓ spūsancto. vt dictum est. Quintum. si spūs dei in hoc loco accipit ꝓ spūsancto vt dictum est. cum spūssanctus sit deus inconuenienter dī q ferebat sup aquas. cum deo nō competat localiter ferri nec situm habere. Ad primum igit dicendum q ex verbis Aug. vbi supra apparet q in hoc loco q dī. Terra erat inanis t vacua t tenebre sup faciē abyssi intelligit materia omnis informis. dicit em in. xii. confess. Quid em in omnibus mundi ꝓtibus reperiri pōt ꝓpinquius informitati omnimode q̄ terra et abyssus. t infra subdit. Illud aūt totum ꝓpe nihil erat qm adhuc oino informe erat. hec Aug. Ex quo patet q ꝑm ipsum ideo ꝓtermissum est dicere. fiat terra seu abyssus. Similiter t factum est ita. t vidit deus q esset bonum. sicut dī in alis ꝓpter informitatē omnimodam materie q̄ in ꝓdictis verbis signat. t est rō qz cum dicit. Dei ꝓfecta sunt opa. vt Deut. xxxii. ca. ideo incōuenienter de natura oino informi diceretur. Dixit deus fiat hoc. Similiter t vidit deus q esset bonum. Ambrosius aūt t alii sancti doctores nō concordant cum Aug. in hoc. s. q cum dī. Terra aūt erat inanis t vacua. intelligat materia informis. sed ipsum elementum terre. ꝑm quos. s. sanctos doctores aliter ab Aug. opinantes dicendum est q alie tres informitates attribuunt creature corpali in primordio ꝓducto. ꝓpter quas nō decebat vt de creatura sic informi diceret. Fiat tc. vel vidit deus q esset bonum t hmōi. erat em corpori diaphano. s. primo mobili pulcritudo lucis. vnde dī q tenebre erant sup faciem abyssi. de erat etiam terre duplex pulcritudo. vna quam habet ex hoc q est aquis cooperta. t q̄tum ad hoc dī q terra erat inanis. s. inuisibilis. alia vo quam habuit cum nō esset ornata herbis t plantis. t ideo dicit q terra erat vacua. vnde in hoc loco moyses intendit ex primere informitates creature corporalis taz celestis q̄ terrestris in primordio ꝓducte. t ideo non oportebat in hoc loco dicere. Dixit deus fiat terra et hmōi. sicut in alis creaturis. que in prima sui ꝓductione tales informitates minime habuerūt. si aūt ꝓtra hoc dicat q lux in prima die facta etiam videt imꝑfecta seu informis respectu lucis luminarium. qđ patet ex excellentia ꝓpriorum luminarium que in opere quarte diei exprimunt. que nō ptinent ad lucem in prima die facta vt infra patebit. t tñ de ipsa luce dī fiat lux tc. et vidit deus lucem q esset bona. t sic similiter potuisset dici de terra nō obstantibus informitatibus ꝓdictis. Ad hoc dicendū q lux in prima die facta licet nō esset ita ꝑfecta sicut lux solis. habebat tñ ꝑfectionem sibi ptinentem q̄tum ad illud ꝑ quo facta fuit. s. diuisionez noctis et diei. vt patet in lra. sed terra fuit facta a deo ad hoc vt habitaret ab animantibus. iuxta illud Esa. Non inuacuum creauit eam. s. terram sed vt habitaretur tc. Et q̄ hec ꝑfectio ad quam ordinata est terra sibi deerat in primordio sue creatiōis. idcirco nō erat conueniēs vt de ea dicerent verba ꝓdicta que de aliis creaturis. que in prima sui ꝓductione ꝑfectiones ad quas ꝓducte sunt attigerunt. Eodem de abysso dicendum que ꝓpter eius cōmixtionem confusam supradictam nondum habebat ꝑfectionem sufficientem ad ꝓducendum generabilia. superficies aūt abyssi in hoc loco non intelligit ꝑ se nisi respectu ipsius abyssi cuius dī esse superficies. t ideo non oportebat vt de ipsa superficie fieret mentio seorsum in hmōi creatione. vtrū aūt ex auctoritatibus sanctorum t spāliter Basilii. Ambro. t Aug. intelligat q omnimoda informitas materiet ꝑ ꝓcessit formationem eius omitto causa brevitatis. vide tñ in prima par. q. lxvi. ar. i. veritatē huius questionis a sancto doctore determinata. Ad scdm faciliter respondet ex dictis. abyssus ci in hoc loco nō noiat aquā solam sed aquam cum aliorum elementorū ꝓmixtione confusam. vt dictum est. ꝓtermisit tñ exꝑssam mentio

nem de alijs elementis cum aqua permixtis ꝓpter rudi
tatem eorum quibus loquebat qui ꝑ maiori pte ea q̄
non subiacent visui non cognoscebant. vt iam dictum
est. Ad tercium dicendum q̄ primū mobile in hoc lo
co nōiatur diuersimode ꝓpter diuersitatē eorum q̄ sibi
cōpetunt de quibus in ꝓposito agit. competit em̄ pri
mo mobili oia corpa naturalia ⁊ mobilia cōtinere. sic
ut superficies corpus cōtinet cui⁹ ē superficies. et ex hoc
nōiatur facies abyssi. i. superficies abyssi. de qua cōtinē
tia hic est agendum tanq̄ de loco vniuersali oim cor
porum naturaliū cōpetit etiam ei diaphaneitas ꝑm
sue nature puritatem. silr ⁊ prima mobilitas corpalis
de qua diaphaneitate in hoc loco est agēdum tanq̄ de
prima capacitate lucis. q̄ quidem lux in corpibus pri
mum locū tenet ꝑm Augu. de li. arbi. Silr ⁊ de prima
mobilitate eius hic est agendū tanq̄ de prima vita vl̄
de primo effectu vite corporū naturaliū q̄ duo nulli ea
rum creaturarū de quibus scriptura mentionem facit
inter primo creata sic competunt sicut aquis. Aqua
em̄ inter visibilia corpa maxime est obediens motori
et est ꝙspicua. ⁊ hec est rō quare primū mobile in hoc
loco bis diuersis nominibus appellat. Hec expositio
de primo mobili ⁊ de primo motu videt rōnabilis cō
siderando q̄ in prima rerū ꝓductione fieri debet men
tio de summo bono vniuersali corporū naturaliū. silr
⁊ de primo motu ⁊ de primo mobili. ⁊ etiā de tpe q̄ sūt
mensure oim rerum naturaliū. Ad quartū dicere q̄
spūs dñi in hoc loco intelligat ꝑo aere elementari est
valde irrōnabiliter dictum ꝓpter tria. primum. q̄ si in
hoc loco spūs dñi accipit ꝑ aere elementari. ꝑut Ra
bi moyses ⁊ quidā alij volunt dicere q̄ scriptura in h̄
loco nōiat quatuor elemēta. terrā. s. cum dicit. Terra
aūt. Aquā vo. cum dicit. Sup aquas. Aerem cum dī
Spūs dñi. Ignē vo cum dicit. Et tenebre erāt. ⁊ hoc
q̄ ignis vt dicunt in loco ꝓprio nō lucet. ꝑm hanc po
sitionē nulla esset rō ꝓpter quā aer qui dī spūs magis
appropriaret deo vt sic nōiaretur spūs dñi q̄m̄ clemen
tum aque seu terre vel ignis quorū nullū in hoc loco
tali mō nōiatur. vt dicat aqua dñi. terra dñi. Scōm
q̄ vt ex seric lre patz. spūs dñi de quo hic agit. fereba
tur sup aquas ante earum diuisionē que facta fuit se
cunda die ꝑ firmamentū diuidens aquas ab aquis. ⁊
sic ferebat indistincte sup aquas nō solum inferiores
sed etiā superiores. nulla em̄ distinctio aquarū legit in
prima die. Ex quo sequit q̄ hmōi spūs adhuc facta di
uisione ferretur sup aquas superiores. cum in scriptura
nulla fiat mentio de hoc q̄ hmōi spūs dñi congregare
tur seu attraberet ad hoc vt post aquarum diuisionē
ferretur sup aquas inferiores tm̄. quod tm̄ esset valde
inconueniens ⁊ contra mentem Ra. moy. ⁊ aliorū se
quentiū qui spiritum in hoc loco dictum accipiunt ꝑ
aere elementari tm̄ cui nullo modo competit esse sup
aquas. que superiores sunt celo sydereo. Tercius q̄ vt
ex p̄dictis patet moyses in toto ꝓcessu ser dierū nun
q̄m nōiauit aerem etiā in loco vbi fuisset congruū aerē
nōiari. sicut cum dicit. Producant aque volatile sup
terrā. vbi congruū fuisset dicere ꝓducant aque ⁊ aer.
silr ⁊ dicere vt volitent in aere ⁊ non solum sub firma
mento. cum volucres ꝑ maiori pte ꝑticipant naturā
aeream plus q̄m aqueam. vñ in aere viuunt ⁊ nidificāt
ꝑ maiori sui pte. vñ earum volatus principaliter ad
ornatum aeris pertinet. vt dicit mgr̄ in se. dis. xv. ⁊ tm̄ in
hoc loco nullam mentionē facit de aere ꝓpter eius in
uisibilitatem ⁊ ꝓpter imbecillitatē vt supra dictū est.
non em̄ dicit de auibus vt volēt in aere seu spiritu. sed
sup terraz sub firmamento celi ptermittens totaliter
nōiationem aeris. vnde eadem rōne cum dicit. Spi
ritus dñi non est intelligendum de aere de quo nunq̄m
fecit mentionē in ꝓcessu ser dierum. vt dictum est. Si
aūt contra hoc dicat q̄ sit spūs dñi non potest hic in
telligi de aere ꝓpter eius inuisibilitatē. eo q̄ illi inuisi
bilia non ꝓcipiebāt. sequeret a fortiori q̄ nō debeat in
telligi de spūsancto qui incorporaliter est magis inuisi
bilis oculis corpalibus q̄m aer. cum sit penitus incorpo
reus ⁊ immaterialis. Ad hoc dicendū q̄ q̄tūcunq̄ ꝓpls is
le rudis fuisset ⁊ incapax spūalium nihilominus necesse
erat vt eis ꝓponeret primo ⁊ supponerent quedā penit⁹
inuisibilia. sicut deū esse. q̄ sine hoc innanū instruerent
de fide. ꝑm quā accedentē ad deū oportet credere. q̄ est. vt
ad Hebr. xi. ca. Silr licet aīa humana sit inuisibilis de sui
natura tm̄ ꝓponendū erat eis de ea in q̄ntum ꝑm illā prin
cipaliter bō est capax remuneratōis diuine. qđ est prin
cipium in his q̄ credibilia tradunt. vñ Apoc. cum dixis
set. Accedentē ad deum oportet credere q̄ est. statim subiū
xit. Et inquirentibus se remunerator est. ⁊ iō de aīa būana
circa formationē hois expressam scriptura fecit mentionē
dicens. Spirauit in faciē eius spiraculū vite. Gen. ii. cap.
De inuisibilibus ergo nulla mentio fit in ꝓcessu ser die
rum nisi tm̄ de deo ⁊ de aīa būana. quorū cognitio saltem
enygmatica necessaria est cuicūq̄ fideli. vñ spūs dñi nō
incōueniēter in h̄ loco accipit ꝑ ipso deo. licet inuisibilis
sit. De alijs vo inuisibilibus quorū cognitio nō est expli
cite necessaria oibus fidelibus. sicut est natura angelica
vel aer elementaris ⁊ hmōi ptermittit mentio expressa in
hoc loco iam dicta. Si aūt aduciat de primo mobili qđ ē
inuisibile ⁊ tm̄ ꝑm p̄dictā expositionē de eo fit mentio cū
dicit sup faciē abyssi. vt dictū est. Dicendū q̄ primum
mobile satis est visibile ꝑ suū effectū. qui est motus diur
nus solis ⁊ aliorū corporū celestiū. Notandū etiā q̄ an
tiqui expositores hebreorū notabilissime ⁊ cōpēdiose ex
posuerunt p̄dictū verbū. spūs dñi. in illo libro qui dī be
resich rabbaa. i. gennus magnū. vbi sic habet interroga
torie quid est qđ dī spūs dñi ferebat sup aquas. Ad qđ
rñdet. nil aliud est nisi spūs messie de quo legit. Requie
scet sup eū spūs dñi. s. Esa. xi. Ex quo dicto manifeste da
tur intelligi q̄ spūs dñi hic intelligit spūssanctus qui est
spūs messie. in q̄ntum ꝑm catholicam veritatem ꝓcedit a
patre ⁊ filio. qui quidē filius est verus ⁊ bñdictus messias.
Ad quintū dicendū q̄ ꝑ hoc q̄ in hoc loco dī. Fere
batur nō debet intelligi aliquid passionis in spū dñi. nec
hec dictio merabephet. qđ in hebraico in hoc loco poni
tur est verbum passiuū sed mere actiuū. significās q̄ spi
ritus dñi fouebat ⁊ viuificabat aquas ad similitudinem
galline cubantis. ⁊ vitalē virtutē bis que fouent tribue
tis. que quidē viuificatio in hoc loco intelligit ꝑ primum
motum qui est ꝓcipue viuificatiuus corporum naturali
um. vt dictum est. vnde simile verbum omnino habetur
Deut. xxxii. ca. vbi dicit. Sicut aquila ꝓuocans ad vo
landum pullos suos ⁊c. que est ꝓpria similitudo ad ꝓpo
situm. nam sicut auis mouet pullos suos ad volandum
et sic eos fouet ⁊ viuificat. sic deus primū mobile mouet
ad viuificandas creaturas corporales. licz em̄ sit aliqua
intelligentia immediate mouens primuz mobile de quo
hic agitur. tamen prima causa et principalis huius mo
tus deus est. in quo omnes creature viuunt mouentur. ⁊
sunt. vt Act. xvii. ca. Allegorice etiam sequendo concor
dant iam antiquorum hebreorum p̄dictam. qui spiritum
dñi q̄ hic super aquas ferebat exponunt esse spiritū mes
sie. de quo dicitur. Requiescet super eum spūs dñi. vt di
ctum est. notabiliter dici potest q̄ sicut spiritus dñi viui
ficabat aquas. sez corpora naturalia. vt dictū est. sic idez
spiritus dat vitam spūalem ꝑ aquam baptismi. de qua
Joh. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsancto ⁊c.
Sequit in lra. Spirit deus. fiat lux. qualiter intelligat qđ
dicit deus dixit. Umbro. in Exa. declarat dicens. Non per
organa vocis. nec ꝑ aerem istum quidā verborum stre
pitus verberaret. sed vt voluntatis sue eternam cogita
tionem proderet in operationis effectu. continuatur au
tem productio lucis ad predicta sic. nam̄ ꝑmissa fue
rat circa creationem corporalem multiplex informitas
vna. sez cum dicitur. Terra autem erat inanis et vacua.
Alia cum dicitur. Tenebre erant sup faciem abyssi. Con
ueniens ergo fuit vt informitas tenebrarū primo remo
ueret ꝑ lucis ꝓductionē. Tum q̄ lux est q̄litas primi cor
poris. Tū q̄ inter ceteras q̄litates corpeas lux ē spūali
or. vñ aug. in li. de li. arbi. dicit q̄ lux in corpibus ꝑmū te

net locū. ¶ Tum ꝓpter cōitatem lucis. in qua inferiora cum
ſuperioribus cōicant. ¶ Sed que ſit iſta lux vane tractāt a do
ctoribus. quidam enī dicunt illam lucem fuiſſe quandaꝫ
nubem lucidam que poſtmodum facto ſole in materiam
ꝓiacentem redūt. vel adhuc remanet ſoli coniuncta im-
ꝑceptibiliter. vel ex illa nube formatum eſt corpus ſolis
que quidem tres poſitiones nō ſolum ſunt improbande
ꝓ rōnem. vt in ꝓma par. q. lxvij. art. iij. in reſpōſione ad
ſcām argu. ſed etiam ex ſerie ſententie ſre novident ſtare
¶ Tum qꝫ lux ſignificat qualitatem tm̄. nubes aūt lucida
nō eſt lux ſꝫ ſit corpus luminoſum vel luminarie ⁊ huiuſ-
modi. ſicut album nō eſt albedo. vñ in tali lucide nubis ꝓ
ductione debuiſſet exprimi ſubſtantia cum ſua qualitate
dicēdo. ¶ Fiat nubes lucida. vel quid luminoſum ⁊ hmōi
fieri enī ſicut ⁊ eſſe principaliter ptinet ad ſubiectum ſeu
ſubſtantiam. ¶ Accidentium enī ꝓut in methaphyſica tra
ditur non eſt eſſe ſed ineſſe. nec etiam videt ſre conſonū
nec rōni qꝫ illa lux fuerit lux ſolis. ſed adhuc informis ꝑ
ut poſtillator dicit. ¶ Tum quia ſi ſic debuiſſꝫ dicere. ꝓdu
catur ſeu procedat lux vel ꝓducat ſol ſeu celum lucem.
ſicut dī in hoc capitulo. in his que ab aliis ꝓcedūt. ¶ Tum
qꝫ ſm hoc diuiſio lucis a tenebris ꝓma die facta fuit ꝑ
circularem motum ſolis. vt etiam poſtillator dicit ſicut
in quarta dic. ⁊ tñ ſcriptura in hoc loco attribuit hanc di
uiſionem deo dicēs. ¶ Et diuiſit deus lucem a tenebris. ¶ In
quarta aūt die attribuit hanc diuiſionē luminaribus di-
cens. vt diuidant lucem a tenebris. ¶ Tum qꝫ maxime in-
conueniens videt dicere qꝫ accidens ſeu motus alicuius
rei ſingularis ſit in rerum natura anteqꝫ ſuū ſubiectū in
eſſe ꝓducat. ¶ Ex quibus ptꝫ qꝫ lux in ꝓma die facta diſ-
fert a luce ſolis de qua fit mentio in quarta die. nō ſolum
ad ꝓticulares effectus. ſed etiam ꝗtuꝫ ad eſſentiā. vnde
poſitio ¶ Baſy. in hoc loco videt ſre concordare ⁊ rōni nō
diſſentire. dicit enī in ¶ Exameron ſic. poſt ſolis creationē
dies eſt cum a ſole illuminatus eſt aer. in eo qꝫ ſup terrā
eſt hemiſperio reluceris. ⁊ nox vmbra terre occultato ſo-
le. tunc aūt. ſ. in ꝓmis tribus diebus nō ſm motum ſo-
larem. ſed refuſo principali lumine illo ⁊ rurſus cōtracto
ſm determinatā a deo menſurā dies generabāt ⁊ nox re
inducebāt. hec ¶ Baſilius. ¶ Vñ ſm eum hec lux nō fuit cor
pus ſeu ſubſtantia corporea ſed quedā qualitas formali
ter illuminatiua nō ꝓcedēs ab aliquo corpe luminoſo ſ
ſolum a voluntate diuina ꝑ creationē. ꝓut ipſa ſra plano
mō ſignificat cum dicit. ¶ Fiat lux. q̄ quidem lux nō habe-
bat ꝑ ſe motum. ⁊ ideo nō poterat de ſe diuidere lucem a
tenebris. ſed hoc faciebat ꝑ emiſſionem ⁊ cōtractionem
luminis virtute diuina determinatā. ⁊ ideo dī. hic diuiſit
deus lucem a tenebris. ¶ Sed in quarta die vbi de lumina-
ribus agit exꝓſſe dicit. vt diuidāt lucem a tenebris. qꝫ lu
minaria ꝑ motum ꝓꝑium ſibi conuenientem hanc faciunt
diuiſionem. ſm quam poſitionez ¶ Baſy. q̄ valde videtur
conſonare ſre nō eſt inquirendum quid factum fuit de il-
la luce ꝓma poſt creationem ſolis. nam adueniente ꝓ
uiſione naturali rōnabiliter ceſſat ꝓuiſio miraculoſa. ſi-
cut ⁊ legit ¶ Joſue. v. ¶ Defecit manna poſtqꝫ comederunt
de frugibus terre. ¶ Obiicit aūt cōtra poſitionē ¶ Baſi. ꝓ
mo qꝫ ex hoc qꝫ ꝓtunc cum nec aialia nec boues eſſent. iō
iſta viciſſitudo lucis ⁊ tenebre nō habebat aliquā neceſſi
tatem ſeu vtilitatē. ¶ Sēdo ex hoc qꝫ hec cōtractio ⁊ emiſ
ſio nō eſſent naturales ſed miraculoſe. qđ vt dicunt non
habet locum vbi agit de inſtitutione nature. ¶ Sed rñdet
ad ꝓmum qꝫ hec obiectio eſt cōis etiam cōtra ponētes
qꝫ hec lux fuiſſet lux ſolis. ſed dicendum qꝫ hec viciſſitudo
deſeruiebat diſtinctionibus ſex dierum ad hoc. ſ. qꝫ in ſex
diebus ꝑficeret opus creationis. ꝓut in ꝓpoſito diuino
ab eterno fuerat diſpoſitum. ⁊ etiam vt ꝑ hos ſex dies ꝑ
figurarent etates mundi. et traderent alia myſteria ſm
doctores. ¶ Ad ſcām dicendū qꝫ in hoc ca. nōnulla miracu-
loſe facta tradunt. ſicut ꝓductio herbarum ⁊ plantaruꝫ
anteqꝫ luminaria ⁊ ſtelle eſſent. qđ eſt manifeſte miracu
loſum. qꝫ excedit facultatem naturalem creaturarum. et
etiam eſt penitus inſolitum. q̄ duo ꝑficiunt rōnem mira
culi. ¶ Idem dicendum eſt de congregatōe aquarum fa-

cta in ſcā die. ⁊ ideo nimiruꝫ ſi ꝓductio huius ꝓme
lucis ⁊ eius cōtractio ⁊ emiſſio ſit miraculoſa. ¶ Cetera
aūt exponant ꝓut in poſtilla vſqꝫ ibi. ¶ Factū eſt veſpe
et mane dies vnus. ſ. naturalis. ¶ Circa qđ attendendū
qꝫ hebrei ꝑ veſpe intelligunt noctem. q̄ incipit a veſpe
ra ⁊ terminat in mane ſequenti. ⁊ ꝑ mane intelligunt
diem artificialem. q̄ incipit ab ipſo mane ⁊ terminat
in veſpe ſequenti. ⁊ ſic dicunt qꝫ dies naturalis incipit
a principio ꝓme noctis ⁊ terminat in principio no-
ctis ſequentis. qđ intēdunt ꝓbare ꝑ hoc qꝫ in ꝓmor
dio rerum tenebre q̄ a deo nox vocat. vt ptꝫ in ſra ꝓ-
ceſſerunt lucem in ordine tpis. nam poſtea dixit. ¶ Te-
nebre erant. ¶ Conſequenter dixit. ¶ Fiat lux. ¶ Ex quo vi
detꝫ qꝫ nox naturaliter debet ꝓcedere diem in compu-
tatione dierum. hoc etiam confirmant ex eo qđ legit
in ¶ Exo. ¶ A veſpera vſqꝫ ad veſperam celebrabitis ſab
bata veſtra. ſed licet hoc habeat locū ex hac auctorita
te in feſtiuitatibus antiqui teſtamenti eo qꝫ feſtiuita-
tes eorum habuerunt initium a feſto paſchali in quo
agnus ad veſperā immolabat. tñ in ordine cōputatō
nis dierum naturalium tenendū eſt cum doctoribus
noſtris. ſ. vt ꝓputent dies a mane vſqꝫ ad mane. ꝓut
magr̄ ponit in. ij. di. xij. reddens ad hoc rōnem myſti-
cam. ſ. coqꝫ homo a luce ꝑ peccatū corruit in tenebras
ignorātie ⁊ peccatorum. Sed pōt hic ſumi alia rō na
turalis ex hoc qꝫ res denoiant a termino ad quē nō a
termino a quo. vt. ſ. Dbyſ. ⁊ ideo dies artificialis de-
bet denoiari a veſpa in quam terminat. ⁊ nox denoia
ri a mane in quo terminat. ⁊ ſic ꝑ hoc qꝫ dī. ¶ Factū eſt
veſpe intelligendus eſt dies artificialis. cuius termi-
nus ad quem eſt veſpere ſiue nox. ¶ Et ꝓr cum dī. ¶ Et
mane. intelligenda eſt nox cuius terminus ad quem
eſt mane. et ſic ꝓma pars diei naturalis eſt dies arti
ficialis. ⁊ ſcā nox ſequens nec valet quod dī qꝫ in ꝓ
mordio tenebre ꝓcefſerunt lucem. naꝫ ille tenebre nō
erant dicende ꝓꝑie nox. nam ſicut dies ꝓꝑie loquen-
do eſt latio lucis ſeu ſolis ſup terram. ſic ⁊ nox occul-
tatio talis lucis ſeu ſolis ſub terra. qđ nō competit te-
nebris que fuerūt in ꝓmordio anteqꝫ aliqua lux cor-
poralis ꝓduceret. ¶ Circa opꝰ ſcē dici duo ſunt prin-
cipaliter conſideranda. ¶ Primum qꝫ celum ſit illud qđ
dī firmamentum. ſcām qualiter hoc intelligat quod
dī. ¶ Et diuidat aquas ab aquis. ¶ Circa ꝓmum omiſſa
varietate opinionum ⁊ ſequendo poſitionem ¶ Ariſ. q̄
magis videtur planiori ſenſui ſre concordare. vt tam
dictum eſt videtur dicendum quod ꝟ firmamentū de
quo hic agitur eſt celum ſydereum quod diuiditur in
octauam ſperam que eſt ſtellarum fixarum ⁊ in ſeptē
planetarum orbes. de quibus etiam ſtellis ⁊ planetis
legitur plane infra in ope quarte diei. ¶ Poſuit eas de-
us. ſ. luminaria ⁊ ſtellas in firmamēto celi. nec obſtat
quod dicitur in ꝓma die. ¶ In principio creauit deus
celum. quia ibi ſummarie inducit totum opus ſex di
erum. vt dictum eſt. ¶ Et quia in ꝓma die mentionez
fecerat de ꝓmo mobili ⁊ eius motu. vt ibi fuit expo-
ſitum. nunc autem in ſecunda die de firmamento in q̄
ſydera fuerunt poſita mentionem facit. oſtendens qꝫ
hoc firmamentum fuit productum de nihilo in ſua ꝑ
ꝓria ſpecie ex creationem. quod conſonat huic quod
dicitur. ¶ Fiat firmamentum non exprimendo aliquid
de quo tale firmamentum fieret. ¶ Si enim de abyſſo vl
aliqua parte eius firmamentum fuiſſet formatum vt
quidam dicunt diciſſet vtiqꝫ. ¶ Fiat abyſſus. vel fiat
de abyſſo firmamentum. ſicut dixit de herbis et plan
tis que de terra fuerunt producta. exprimendo. ¶ Ger
minet terra herbam ⁊c. ¶ Et conſequenter dicit. ¶ Pro-
tulit terra herbā. Similiter in quinta die dicit. ¶ Pro-
ducant aque reptile. et in ſexta. ¶ Producat terra ani
mam viuentem. ¶ Ex quo ſequitur qꝫ illa vbi non exꝓ
mitur materia ſed ſolum dicitur. ¶ Fiat. non debent in-
telligi fieri ex materia preiacente. ſed in ſua ꝓꝑia
ſpecie totaliter ex nihilo ꝑ creationē produci et ſic in-
telligendum eſt cum dicitur. ¶ Fiat lux. fiat firmamen-

tum.fiant luminaria. Si aũt contra hoc dicaꝫ q si sic scriptura debuisset vti in illis verbo creatois vt intelligerẽt talia de nihilo fieri seu ꝓduci. Dicendũ q hoc nõ requirit ꝑm opi. Crisꝰ. supradictã quam hic sequimur. nam in hoc q dixit Creauit deus celũ z terrã. intelligunt oia celestia et terrestria in ꝓcessu ser dierũ a deo immediate creari. ꝓterꝙ illa de quibus in lra assignaꝫ ipsoꝝ materia. vt iam dictũ est. Si aũt queraꝫ de hoc qđ sequit. Et fecit deus firmamentũ. quõ bẽat intelligi cum essẽ dr de deo in pñ. Ipse dixit z facta sũt cum dixisset. Fiat firmamentũ. statim debuisset dicere. z factũ est ita. sicut in luce prima. Dicendũ q qz fieri qñq; importat acquisitionez alicuius dispositionis accidẽtalis in re facta. put in posthilla deducit. idcirco vt denotaret scriptura firmamentũ in sua prima ꝓductione fuisse a deo ꝑm oẽs suas qualitates accidentales ꝓfectum. iõ subdit. Fecit deus firmamentũ. Idez est dicendus de luminaribus cum dicit. Fecitq; deus duo magna luminaria. de luce aũt nõ sic. nam lz lux in prima die esset facta ꝓfecta q̃tum ad hoc q deus ꝑ eã diuideret diem a nocte. nõ simplr tñ fuit ꝓfecta sicut lux luminariũ. vt infra patebit. z iõ de ea nõ dr. Et fecit deus lucem. sicut dixit fecit deus luminaria. Circa scõm principale attendendũ est q lz de aquis supioribus multe sint opiniones sanctoꝝ doctoꝝ semp salua auctate ꝓsequendo in hoc loco q̃ supradicta sunt. dicẽdũ est q corpa dyaphana sub noie aquarũ intelligũtur ꝓpter cõformitatẽ ꝓspicuitatis. vñ z ꝑmũ mobile eadẽ solidtudine aqueũ dr seu crystallinũ. vñ mgr in lra de aquis supioribus dicit q nõ vapoꝛali tenuitate. sed glaciali soliditate suspẽdunt ne labant. sed qz primũ mobile z cetera corpa celestia maxime obediunt motoꝛi. sicut aqua inter oia corpa visibilia mixta hoc habet. idcirco potiꝰ noiaꝫ noie aque in scriptura q̃ noie crystalli. iuxta illud pñ. ciij. Qui tegis aquis supioꝛa eius. nõ ergo mere equiuoce supioꝛes z inferioꝛes aq̃ dicunt. sed qđãmõ q̃i analogice. Et notandũ q hmõi firmamentũ. s. celũ sydereũ diuisit aquas supioꝛes ab aquis inferioꝛibus. nõ solũ ꝑm locum. sz etiã ꝑm quasdam ꝓprietates essentialiter ꝓsequẽtes motũ earũ. ꝓut mgr Bonauentura sup. ii. di. xiij. hoc videt dicere. Aque eĩ supioꝛes. s. celum crystallinũ seu aqueuz est primuz mobile. qđ vniformiter z ptinue vnico motu mouet. ꝑm quẽ reuoluit totum celum motu diurno maxie vniformi. Aque vo inferioꝛes. s. elemẽtares mouent multiplr z diffoꝛmiter ꝑm qlibet genus motꝰ sicut mutatois z alteratõis z hmõi. firmamentũ vo. s. celũ sydereũ ptiçpat ꝓprietatẽ primi mobilis inquãtũ est immune ab alia mutatõe quacũq;. ꝓterꝙ ꝑm situ imꝑfecte tñ attingit vniformitatẽ motus primi mobilis. eo q celũ sydereũ ꝑm diuersos ozbes qs continet motũ variabilẽ habet. ptiçpat etiã hoc firmamentũ qđãmõ ꝓprietatẽ inferioꝝ aquarũ nõ formaliter sz effectiue. inquantũ habet virtutẽ causandi diuersitatẽ generatõis z coꝛruptõnis z cuiuscũq; alteratõnis seu mutatõis ꝑ accessum z recessum ꝑ diuersas stellarum seu constellationũ influentias. vñ hoc firmamentũ sic intellectũ qsi medium inter ꝓdictas aquas z qđãmõ ptiçpans vtriusq; solidtudine extremoꝝ distinguit aquas ab aquis. Alij vo dicunt. s. q firmamentuz die scda factũ intelligaꝫ illa ps aeris q̃ ꝺdensaꝫ in nubes et dr firmamentũ ꝓpter spissitudine aeris in pte illa. sz qz hec expositio lz ab Aug. sup Gen. cõmendet inq̃tum nihil dicit ꝓtra fidẽ. z qđ ꝓponit. ꝓmpto documẽto credi põt qz tñ remota videt a planioꝛi sensu lrali ꝑm quẽ tradit plane q in quarta die posuit deus luminaria z stellas in firmamento celi. idcirco prima expositio videt verioꝛ. Qz aũt sequit. Vocauit deus firmamentum celum. intelligendũ est ꝑm Rab. moy. q vbi ista vocatio dei habet intelligendũ est esse aliquid aliud. qđ hoc noie principalius vocaꝫ sed appropriaꝫ ad minus principale ꝓpter vsum cõem hoim. sicut dies principalr dr spacũ. xxiij. horaꝝ. ꝓut ibi. Factum est vespe z mane dies vnus. sed cõius in vsu latio lucis seu solis sup terrã dies dr. vñ deus vocauit lucẽ diẽ. Silr in hoc loco celũ principalius significat oẽs ozbes. s. nouem speras z etiã empyreũ z celos inferioꝛes. ꝓut ibi. In ꝓncipio creauit deus celũ. vt supra expositũ est. sz cõioꝛi mõ celum dr sydereũ tñ. z iõ vocauit firmamentum celum. Silr nõ solum arida sed totũ terre elementũ principalr dr terra. ꝓut ibi. Terra aũt erat inanis z vacua. sz cõioꝛi mõ loquẽdi arida dr terra. z iõ vocauit deus aridã terrã

De ope tercie diei qualiter intelligaꝫ hoc. Congregatio aquarũ in vno loco nõ modicã videt habere difficultatem. cum esse terra ꝑm nature sue grauitatẽ absolutam vndiq; debeat esse aquis coopta. nõ videt aliquis locus sup terrã ad quem seu in quo aque naturalr sint cõgregate. sic vt terra discopiet. ad quã difficultatem tollendam diuersi varie scripserunt. Quidã eĩ dicunt q terra ꝓbuit aliquas ptes cõcauas in quibus aque confluentes ad ptes terre q̃ nunc est discoꝑta reciperent. sed hoc nõ videtur posse stare. nam elementum aque est multo rarius q̃ terra. sicut z aer multo rarioꝛ est aqua. vt ptz ad sensũ nam modica quãtitas aque in vapoꝛe aereum ꝑ operationem ignis resoluta multo maioꝛẽ quantitatẽ aeream facit. vñ quidã pbi dicunt elementum aque in decupla quãtitate est maius terra. silr z elemẽtum aeris in multo maioꝛi ꝓportõe excedere quantitatẽ elemẽti aque. ꝓut satis patet consideranti loca ꝓpria elementoꝝ. q̃ quãto magis recedunt a centro versus circũferentiam. tanto sunt multo maioꝛis capacitatis. nõ ergo terra habet capacitatem recipiẽdi in ꝓcauitatibus suis tantã quãtitatẽ aque quãta erat sup totam terrã habitabilẽ. q̃ est quarta ps terre totius ozbis ꝑm astronomos. Unde aliꝫ dixerunt q aqua añ eius congregationẽ erat valde nebulosa q̃ post congregationẽ densata est. idcirco minoꝛẽ occupat locũ qđ etiam nõ videt valere. Tum qz lra nõ dicit. Condensent aque. sed congregent. Tum qz sensibiliter videmus q aque recepte in cõcauitatibus terre nõ sunt magis condensate q̃ alie. Tum qz quantitas elementi aque semper excedit quantitatẽ elementi terre. ꝓpter aque raritatẽ in magna ꝓportione. vt dictum est. z sic idem inconueniens sequitur sicut ꝓius. sz q capacitas terre non sufficit ad tantam aque quantitatem inconcauitatibus suis recipiendam. Unde aliter dicitur ab aliꝭ. scilicet q aque in loco vbi nunc sunt congregate in maioꝛem sunt eleuate altitudinem. nam vt dicit Basilius experimento compertum est in mari rubro. mare ee altius terra. que quidem responsio ad hoc nõ totaliter videtur sufficere. Tum qz pluries in scriptura euntes ad mare descendere dicũtur. sicut in psalmo. cvj. Qui descendunt ad mare in naues et Jone. j. capi. de iona eunte in mare dicitur. Et descendens Joppen inuenit nauem ꝛc. Tum quia aqua de sui natura cum sit fluida non potest habere in se partes mõtuosas. s. ceteris altioꝛes. sicut in terra ꝓpter sui soliditatem hoc contingit. Tum quia rotunditas aque potest demonstrari pbysice. sicut z terre rotunditas. quod patz nam quelibet pars aque habet equalem inclinationem naturaliter ad centrum. eleuatio etiam poli in diuersis partibus maris. Similiter z diuersitas in oꝛtu et occasu solis z stellarum vniformiter se habet sicut in terra. z vbi cunq; sunt nauigantes in mari occeano seu mediterraneo tempoꝛe tranquillitatis semper vident hemisperia plana absq; montuositate seu altitudine in aliqua sui parte. sicut fit in planissima terra in q̃ nulli montes seu colles repiunt. z iõ saluo sp meliori iudicio vlterius vr de hꝭ aliquid dicendũ. Dro q attendendũ est q sicut terra ꝑm astronomos z pbos est in medio vniuersi tanq; eius centrũ. z est rotũda seu sperica cuius centrũ est idẽ cẽtro vniuersi. ꝓut demõstratiue ꝓbat in vtraq; scia ꝓdicta. sic elementũ aque rõe pari de sui natura ẽ rotundũ seu sphericũ cuius centrũ est idẽ in sua prima ꝓductõe cũ cẽtro terre seu vniuersi. sz oꝛtuit terram esse discoopraz ab aquis ꝑm aliquas partes sui ꝓpter necessitatem finis. sc. ꝓpter

habitationē aialium ⁊ hmōi. Sapia aūt diuina q̄ dispo-
nit oia suauiter sic disposuit. vt elementū aque seruando
suā rotunditatē naturalē haberet centrū sepatū a cētro
terre ⁊ vniuersi. sicut ꝟm astronomos qui mot⁹ syderuz
diligenter inuestigarunt centrum quorundam orbium
planetarū est sepatū a cētro vniuersi. vñ apud eos tales
orbes dicūt ecētrici seu egresse cuspidis: vt in q̄rto alma
gesti. ⁊ in alijs locis illi⁹ libri ptractat. Que quidē diuer-
sitas seu distātia vtriusq; centri. s. terre et aque abinuicē
sic a deo sunt disposita. vt inde sequerent quinq; adpositi
uz ptinētia. quoz primū est q̄ hz sint multe ꝯgregatiōes
aquarū in diuersis locis. tñ oēs aque q̄ sub celo sunt. sūt
ad vnū locū ꝯgregate. put deus disposuit. nam quelibet
aqua hz equalē inclinationē ad centrū elemti aque. sicut
quelibet ps terre ad centrū terre. ⁊ sic habet verus intel-
lectus illius qđ dr. Congregentur aque ad locū vnū. h̄ ē di
cere inclinent aque oēs q̄ sub celo sunt ad vnū locū. s. ad
vnū centrū seorsum a centro terre. ad qđ centrū cōgregē
tur aque sicut ptes terre ad centrū terre. q̄ quidē congre
gatio veritatē etiā habet in oibus cōgregatoibus aquaꝝ
siue in fluminib⁹. siue in stagnis. siue in cisternis. ⁊ hmōi.
nam oēs aque vbicūq; sunt hñt inclinationē ad centrum
aque ad qđ fluunt cessante impedimēto. sicut ptes terre
etiā si sint in aere ⁊ extra terrā suspense semp habent in-
clinationē ad suū centrū. Ꝟcōm qđ sequit ex p̄dicta di
stantia est q̄ aqua nō totā cooperiat terrā sed aliquā ptem
dimittat discooptam. put requirit talis distantia centro
rum abinuicē. et de hoc dicit in lra. Et appareat arida.
Sequit terciū ex hmōi distantia centrozū q̄ hec ꝯgre
gatio fuit a deo facta p certā legē seu dispositionē in gyro
vallantē abyssos. s. multitudinē aquarum. put lra sonat
Prouer. viij. ca. Qñ certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos.
Quartū sequit ex p̄dicta distantia. q̄ licet in ripa ma-
ris cōiter terra ⁊ aqua sint equalis altitudinis. tñ. pcedē
do in mari p elongationē a terra mare semp est altius ter
ra. vñ in p̄s. lxxiij. Leni in altitudinē maris. ⁊ intantum
qñq; pcedit q̄ mare est altius q̄z montes in terra. et sic
intelligit illud p̄s. cij. Sup montes stabunt aque. q̄z alti
oꝛes sunt aque occeani. p̄sertim pcedendo versus medi
um q̄z montes terre. Sequit quintum ex p̄dicta distan-
tia q̄ incedentes p terrā ad mare descendentes debēt di
ci sicut in auctoritate p̄allegata. ⁊ in alijs q̄plurimis ha-
bet. Silr q̄ mare dr esse seu fundari sup terras. put legit
in p̄s. cxxxiij. Ipse sup maria fundauit eum. Et vt p̄dicta
clarius intelligant pomt hec figura que repñtat hec cle
menta. s. terram ⁊ aquam. tam prima eoꝝ pductione
q̄z post aque congregationem. In qua figura licet corp⁹
mathematice consideratū nō possit in superficie plene re
pñtari tñ satis sufficit recte imaginati. Sequit figura.



In hac figura sit a centrū terre qđ ē etiā centrū
vniuersi. ⁊ sic spera terre. b. d. g. e. sup centrū a.
et sit spera aque añ eius cōgregationē. m. n. o.
sup cētrū. a. supra dictū qđ est cētrū vniuersi. nā aqua
ex sui ꝓmeua natura equaliter habebat circūdare ter
ram. cū q̄libet ps aque equaliter haberet inclinatōez
ad centrū terre. qđ est centrū vniuersi. Disposuit aūt
deus q̄ hec spera aque ꝯgregaret ad vnū locum sicut
arida appareret. Sit g̃ spera aque scda. s. post hmōi
iussionē cōgregate vbi nunc est. s. c. d. e. q̄ quidē spera
est equalis prime spere aque. s. m. n. o. Sit etiā centrū
spere aque post eius cōgregationē. f. qđ est ecentricuz
vt dictū est. eo q̄ distat seu egredit a centro. a. qđ est
centrū vniuersi. Intersecet ergo hec spera aque sperā
terre in duobus punctis seu locis. s. d. e. Patet igit in
hac figura primū intentū. s. q̄ oēs aque vbicunq; fue
rint sub celo ad sperā aque sunt virtualiter congrega
te. ⁊ p oñs ad vnū locū. nam quelibet aqua habz eqlē
inclinationē naturalē ad sperā seu cētrū sui elemēti. s.
aque. qđ est. f. etiā si sint sepate in locis alijs vbi impe
diunt ne possint fluere ad locū suū sicut etiā ptes ter
re vbicunq; suspēdant seu detineant. ad speraz terre
seu ad centrū terre habēt inclinationē naturalē. ⁊ hoc
est qđ dr. Congregentur aque ad vnū locū. vbi notāter
dr. Que sub celo sunt. ad excludendū aquas superiores
q̄ nō intelligūt sub hac ordinatiōe. Patet etiā in hac
figura ꝟm intentū. s. q̄ aqua nō totā cooperiat terrā. sed
aliquā eius ptem dimittat discooptā. nam arcus. d. e
g. qui est in spera terre est discooptus ab aquis. vt ptz
in hac figura. qđ ꝟm cosmographos ē fere q̄rta ps ter
re ceteris ptibus ipius terre remanētibus sub aqua co
optis. vñ notāter dr. Vocauit deus aridā terram ad
diam terre coopte aquis q̄ nō dr arida. Patet etiā in
hac figura terciū intentū. s. q̄ hec ꝯgregatio fuit a deo
facta p certā legē seu institutionē q̄ deus vallauit. i. ar
cūmunuit in gyro. hoc ē in circuitu abyssos. s. aquarū
multitudinē. naz p gyrū seu p circuitū sperici. s. c. d. e.
vallauit totā multitudinē aquarū virtualiter. sic q̄ q̄
libet aqua q̄ sub celo est ad hunc gyrū ex certa lege di
uina habeat inclinationē cōnaturalē. ⁊ sic habet ver⁹
sensus huius dicti. Certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos
Silr ⁊ huius qđ dr. Circūdedi mari terminū suū ⁊ si-
milium. Patet etiā quartū intentū in hac figura. s.
q̄ licet in ripa maris terra ⁊ aqua in eodem loco ꝯcur
runt. vtputa in. d. pcedendo tñ in mari p clōgationē
a terra mare semp est altius terra. qđ sic ptz. nam si p-
cedat a loco. d. in quo cōcurrunt aqua ⁊ mare. vt dic
tum est p elongationē a terra vsq; ad aliquē locū. vt-
puta locū. c. qui est in superficie maris. tunc. c. est locus
altior q̄s. d. nā si ptrahat linea ab. a. qđ est cētrū terre
seu vniuersi vsq; ad. c. talis linea intersecabit superficiē
terre in aliq̄ loco ⁊ sit verbi gr̃a in. b. ⁊ cum. a. d. ⁊ a. b.
sint equales. q̄z pcedunt a centro ad circūferentiā se-
quit q̄ linea. a. c. est maior q̄ linea. a. d. ⁊ p cōs. c. loc⁹
est altior. d. q̄z magis accedit ad circūferentiā vniuer
si q̄. d. Et q̄z diametrū elemēti aque est in magna quā
titate maius q̄z diametrū terre. vtputa in decuplū. vt
dictū est. sequit q̄ tantū posset pcedi p elongationez
a terra q̄ sit mare ibi altius q̄z mōtes in terra. naz mō
tes q̄tūcunq; alti nullā ꝓportionē pceptibilē habent
p cōgationē ad orbem terre. vt ptz in eclypsibus lu-
naribus in quibus ex quātitate vmbre a terra causate
cōmensurat certitudinaliter quātitas eclypsis nulla
mentione facta de vmbra montiū rōne p̄dicta. Idem
etiā ptz in ꝓmēsuratōne dierū ⁊ noctiū in q̄ nō fit aliq̄
mētio de altitudine montiū. ac si esset terra sperica pe
nitus. ⁊ sic intelligit illud p̄s. Sup mōtes stabūt aq̄. s.
q̄ altiores sint aq̄ occeani pcedēdo vsus mediū q̄ mō
tes ēre. Sequit quintū intētū. s. q̄ incedētes p terrā ad ma
re descēdere dicunt. sic ptz in auctate p̄all. ⁊ in alijs qđ
sic ptz. nā aliq̄s egredit aliq̄s loc⁹ in superficie ēre discoopte
citra ripā. ⁊ sit. g. ⁊ sic ptrahat linea a cētro aq̄ qđ ē. f.
vsq; ad punctū. g. tūc talis linea intersecabit superficiē

aque in aliquo loco. et sit verbi gratia in puncto b. et tunc cōstat q linea. f. g. est maior q linea. f. b. z p ois locus. g. respectu. f. qđ est cētrum aque est altior q locus. d. vbi est ripa. vt ptz manifeste. z sic ptz rō quare aque vbicūq ponant in terra naturaliter descendēdo fluunt ad mare. nisi impediant. iuxta illud Eccl. j. Omnia flumina intrant in mare. Et ex hoc sequit q incedentes p terram z mare descendentes debent dici vt supra allegatum est. nam cōi modo loquendi loca terre a quibus aque fluunt dicunt superiora respectu locorum ad que fluunt. Patet etiam in hac figura q terra dr fundari sup mare. vt in ps. xxiij. Quia ipse super maria fundauit eam. Terra em̄ habitabilis. f. d. g. e. sup elemētum aque fundat. altior em̄ est respectu f. qđ est centrum aque q tota spera aque post eius congregationem. z eadem rōne dr esse terra sup flumina. nam flumina a terra descendunt in mari. vt dictum est. tanq̄ a superiori loco ad inferiora. Ex quibus bñ consideratis pōt haberi verus intellectus scripturarū q de cōpatione aque ad terrā quo ad situ tractant. q diuersimode ab aliquibus expositoribus exponunt. Patz etiā ex supradictis q terrā esse discooptaz p̄m aliquā ptem ab aquis mō p̄dicto nulli pōt attribui nisi ptāti et ordinationi diuine. vt scriptura in multis locis testat. Ihn̄ iere. v. ca. Me ergo nō timebitis ait dñs. et a facie mea nō trebitis. qui posui arenā terminum mari. Ex quo patet hoc ptinere ad oipotentiam diuinam solū. Silr z ad eius ineffabilem puidētiam q disponens oia suauiter locū dedit aquis miro modo cō naturalē. ne vlterius terrā cooprirent. iuxta illud ps. ciij. Terminū posuisti quē nō transgredient. nec conuertent opire terrā. hoc est satis manifestū. nam liez exiccatio superficiei terre aliquo modo possit causari ex actione solis desiccantis z hmōi. mutatio tñ seu separatio centri aque a loco sibi in prima p̄ductōe debito ad aliū locū distantē nō pt causari nisi a deo qui solus est institutor nature. In hoc em̄ q dr dixit. Congregent aque z̄c. modo p̄dicto. dedit deus aliā naturalez inclinationē ab illa q̄ in p̄mordio habuerant vt supra expositū est. z ideo rōnabiliter hmōi congregatio aquarū fuit facta anteqū sol fieret. vt innueret terraz esse discooptam nō p exiccationē solis vt quidā erronee putant. sed iussione diuina. Idē pz ex mō loq̄ndi scripture in hoc loco. Non em̄ dixit. desiccent aque q̄ sunt sup terrā. vt appareat arida. s dixit. Congregent aque. Quanta aut sit distantia vnius centri ab altero valde difficile esz humanitus inuestigare. sed sufficit q tanta est distantia quāta requirit ad hoc vt p̄dicta inde sequant. pōt etiā ꝓbabiliter opinari non tñ certitudinaliter q centrū aque elementi sit idem cū eccentrico lune. eo q elementū aque put exp̄mur sequitur motum lune p̄m fluxū z refluxum.

De ope quarte diei.

Circa p̄ductionē luminariū et stellarū varie sunt opi. sicut z circa multa alia in hoc cap'lo contenta. p̄m tñ expositionē quā sequar luminaria et stelle fuerunt quarta die. p̄ducta deo p creationē in suis p̄p̄ijs z p̄fectis formis. quas formas sequunt̄ ꝓprietates z virtutes q̄ exp̄munt in lr̄a. z alie q̄ ibi non sunt exp̄sse. cum sacra lr̄a in hoc loco nō tradat nisi illa q̄ visui seu sensui hoim cōiter subiacent. vt dictū est. huic em̄ sniē lr̄a valde cōsonat. cum dicit. Fiant luminaria. eo mō quo dixerat. Fiat lux. nō em̄ dixit. Producant celi luminaria. vel nubes lucida p̄ducat solem. vel aliquid hmōi. in quo denotaret ipsa fuisse ex aliquo facta. nec etiam dicit in eis esse aliquid informe qđ ꝓficeret. sed simplr in primo eorū fieri explicat eorū ꝓprietates. vt lr̄a plane testat. Circa ꝓprietates aūt eorū attendendum q nō oēs ꝓprietates luminariū z stellarū etiam sensibiliuz hic exp̄munt. sed illa q̄ humane vtilitati manifeste deseruiunt. in quibus etiaz dēia inter lucem prima die factam z lucē luminariū innuit. vñ de p̄ma ꝓprietate dicit. Dividant diem a nocte. in quo oñdit quedā differētia inē hanc diuisionem diei z noctis. z illā de qua fit mentio in prima die. nam ibi non dr q lux diuideret inter diem z noctem. seu lucē a tenebris. s q deus diuidit eo q illa lux nō habebat p̄prium motum de se. sed p diffusionē z contractionē a deo factā dies diuidebat a nocte. vt dictū fuit p̄m Basyl. sed luminaria q̄ habēt motum a se p̄m naturā a deo sibi collatā ꝓprie diuidūt inter diē z noctē. vñ dixit. Fiāt luminaria z̄c. vt diuidāt diē ac noctē. Et notandū q licet dies sit ꝓprie latio solis sup terrā. th̄ quelibet planeta z stella habet suū ꝓprium diez. i. cum ipsa sup terrā ferē. z noctē econuerso. z ideo nō simpliciter dicit de sole vt diuidat diē ac noctē. sed etiā de oibus dicit vt diuidant. Secda ꝓprietas est cū dicit. sint in signa qđ cōiter exponit in ordine ex luminaribus celi accipit significatio pluuiosi tpis vel sereni. q̄ sunt apta diuersis negocijs. qđ nō sic intelligendū est. vt p luminaria et stellas cōiter accipiāt signa serenitatis vl pluuie cuiuslibet tēpis sequentis. qz hoc ptinet ad astrologos. qui de his p̄nosticationibus intendūt. non aūt ad p̄m rudē cui moyses loquebat. z etiā ipsi astrologi sepe fallunt in p̄nosticando. sed hoc intelligi debet p̄m quandā generalitatem significandi. vt cum cognoscit q sole exīte in pte septētrionali. seu in signis seu mēsibus hmōi calor viget vt in pluribus. z pluuie diminuunt. z ecōtra de meridionalibus. z hoc cōiter intelligit a popularibus qui cōiter dicunt talem mensem esse calidum et talem temperatum esse z hmōi. qđ veritatem habet in pluribus. q̄ quidē notitia est magne vtilitatis in cultura terre. vt est manifestum. Si autem intelligat q hoc q dr signa. q de hmōi luminaribus z stellis possunt accipi signa aliorū euentuū. talis intellectus etsi forte aliquid cōtineat veritatis. non tñ p̄m primā significationē lr̄alem. q̄ de primaria significatione lr̄e p̄m cōem modum intelligēdi accipit. z de talibus signis intelligit illud biere. x. A signis celi nolite metuere q̄ gentes timent. Et pz q hec ꝓprietas nō ptinebat ad lucem p̄ma die factam. Alia ꝓprietas luminariū ad vtilitatem hoim exp̄mit cuz dicit. vt sint in tpa. Pro q attendendum q nō dicit vt sint in tp̄s. vt sic intelligeret de tpe simpliciter sumpto. qđ factum est cum primo motu in prima die vt dictum est. sed dicit in tpa. vt intelligatur de vicissitudine temporuz er qua fastidium tollit. vñ in hymno. Et temporū das tempora vt alleues fastidiū. et valitudo etiam conseruat. z necessaria victui oriunt. vt patet p experientiam. quod etiam lune videt ptinere que p̄m quatuor aspectus quos habet ad solem diuersas influētias etiam sensibiles causat. vnde ps. ciij. Fecit lunam in tempore. Alia ꝓprietas ad vtilitatem hominum est mensuratio durationis rerum temporalium z negociorum de quo dicit. Et in dies z annos. p hoc enim quelibet duratio temporalis mensurabilis est tam p̄terita q̄ futura p̄m certitudinem. vel saltem estimationem. quod nō ptinet ad lucem prima die factam. p̄sertim cum non durauit nisi p tres dies. Alia vo ꝓprietas maxime vtilitatis est. vt illuminent sup terram. qđ est necessarium q̄tū ad visum. qui est directiuus in opibus z maxime vtilis ē ad cognoscēdas rerū differētias. vt in. j. Metaph. qđ nō ptinebat ad lucem prima die factam. que nō legit illuminasse terram. qz ex sui tenuitate nō poterat ad hoc attingere. Et ex hoc etiā sequit illam lucem nō habuisse alias vtilitates p̄dictas q̄ omnes ꝓueniunt mediante illuminatione luminariū z stellarum sup terram. Et vt summarie includeret alias ꝓprietates luminarium et stellarum que essent quodammodo inenarrabilia dicit. vt p̄essent diei z nocti. s. p potestatem. influēdi suas ꝓprias impressiones. vñ z in ps. cxxv. de hac materia dicit. Solem in potestatem diei. luna z stellas in potestatē noctis. qz mediātibus radijs influunt. z ideo ptās diei p̄cipue attribuit soli. cuius radij in die ceteros obumbrat. ptās vo noctis lune z stellis attribuit. q̄ de nocte clarius irradiāt. Et notandum q moyses in hoc loco causam p̄ductionis luminarium assignat solum p̄m q sunt facta ad vtilitatē hoim vnde Deut. iij. de eis dicit. Que creauit dñs deus tuus in ministerium cunctis gentibus. sed ex hoc non tollitur

ipsa fuisse facta ꝓpter totū vniuersum et finaliter ꝓpter gloriā dei ad quā oia ꝓducta seu creata ordinantur. vñ in Prouer. Omnia opatus est deus ꝓpter semetipsum.

¶ In eodē ca. j. Beñ. vbi dr in postilla. Maxime qr ꝑm alios sanctos doctores Moyses ꝛc. ¶ Additio. ij.

Licet verū sit q̄ expositio be. Aug. in hoc loco sit valde longinqua a plano lrali sensu. nō tñ ex hoc q̄ moyses rudi ꝑplo loquebat quiꝫ spūalia capere nō poterat sed tm̄ corpalia posset sumi ro ꝓtra expositionē Aug. sed potius videt facere ꝓ eo qr ꝓpter ruditatē ꝑpli et ꝓnitatem ad idolatriā optebat q̄ moyses de aneglica natura ꝛ eius cognitione q̄si parabolice loqueret ꝓ similitudinem despere ꝛ manere ꝛc. Vñ sensus lre in hoc loco ꝑm Aug. si ꝓprie intelligat est parabolicus qui sub sensu lrali continet. qui quidē modus exponendi necessarius est et vtilis in multis locis sacre scripture. ꝓut supra in q̄one sup. plogū in rñsione ad quartū argumentū plenius cōtinet.

¶ In eodē ca. j. vbi dr in postilla. Hic q̄rit quare in scōa die non dr. Et vidit deus q̄ esset bonū ꝛc.

¶ Additio. iij.

In hoc loco videt postillator a rectitudine in tribus deuiare. qr primo auctates doctorū nō mediocrem auctatem inter catholicos habentiū irreuerēter tractat. scōo quia irrōnabiliter dicta eorum improbat. tercio qr expositōis lralis auctatem. quā nostri doctores pmo inuenerūt Ra. sa. hebreo attribuit. Primum ptz. nam rñsio quā ipse vocat trupbaticā est illius magni doctoris Rabani qui in hoc loco ad hanc q̄onem sic rñdet. nisi forte sicut quidā patrū exposuit nō esse bonum duplicē numerū. qui ab vnitate diuidit ꝛ ꝑfigurat federa nuptiarum. vñ ꝛ in arcba noe oia aialia q̄ bina ingrediunt immunda sunt. ꝛ impar numerus mundus esse oñdit. hec ille. Magister etiā in. ij. dist. xiij. rñdēs ad hāc q̄onem sic dicit. Sacramentuz aliq̄d hic cōmendat ideo ē forte non est hic dictū qd tñ sicut in alijs factū est. qr binarius principiū est alteritatis ꝛ signū diuisionis ab vnitate. hec ille. Non igit modica irreuerentia est tantorum doctorū seu patrū expositionē trupbaticam vocare Scōm ptz. nam motiuū postillatoris ad reprobandum hmōi expositionem doctorū. qd sumit ex hoc q̄ in sacro euāgelio binarius numerus est laudabilis. ad qd allegat Greg. sup Lucā. r. c. modici valoris est apud sane intelligetes. Cuius rō est. nam in expositōibus mysticis ꝓ vnā ꝛ eandē rem ꝑm diuersas sui qualitates sepe opposita designant. sic ꝛ celum empyreū rōne splendoris ꝓ ignē posset designari. vñ ꝛ igneū dr. infernū aūt qr deuoratiuus ē et maxime obfuscatus ꝛ de eo legit Job. xx. ca. Deuorabit eum ignis qui nō succendit. Silr ꝛ de binario numero est dicendū. qr si cōsideret ꝓut in eo rō charitatis primo saluat sic est laudabilis ꝛ in bonū sonat. ꝛ ideo binarium intelligit isto modo Greg. sup Lucā. Inq̄tum aūt binarius numerus ab vnitate primo descendit principiū seu signū diuisionis est. ꝛ ꝓ ꝯs nō bonā habet significationem. ꝛ isto mō accipit a doctoribus in hoc loco. vñ ꝓdictorū doctorū expositio. etsi nō sit lralis tñ non est trupbatica. sed vere expositio mystica. ꝛ ideo interposuerūt aduerbiū dubitatiuū. s. forte seu fortasse ad designandū q̄ ex ea nō pōt sumi efficax argumentū. sicut nec ex alijs mysticis expositōibus. Tercio ptz. nam rñsio lralis quā dr vel ideo nō addit qr in hoc ope distinctio aquarū non est ꝑfecta q̄ in ꝓmo fit. vbi dicit. Congregent aque in locū vnū. ꝛ ideo ibi addendū reseruat. hec in glo. potiꝰ igit erat attribuenda auctas huius expositōnis glo. nre ꝓlogo.

¶ In eodē ca. j. vbi dr in postilla. q̄ distinctio facta est ꝓ hoc q̄ aqua ꝓius ꝓducta in forma substantiali ꝛc.

¶ Additio. iiij.

Congregatio aquarū de qua hic agit nō est intelligēda ꝓ depositatē aquarū. nec ꝓ earū receptionē in cōcauitatibus terre. ꝓut aliqui voluerunt. & ꝓ alium modū rōnabiliorē ꝓut lra sonat. sicut plenius in additione supra dicta in ope tercie diei declarat. vide ibi.

¶ In eodē ca. j. vbi dr in postilla. ꝛ ꝓtulit terra. intelligit passiue. qr virtute diuina actiua ꝓtulit ꝛc.

¶ Additio. v.

Ex hoc q̄ diuina virtute terra ꝓtulit herbā nō sequit quin terra actiue ꝓtulit herbā. Vñ aug. in hoc loco causaliter dictū est ꝓduxisse terra herbā ꝛ lignū. i. ꝓducendi accepisse virtutem.

¶ In eodē Beñ. ca. j. vbi dr. Stelle aūt fixe ꝛc.

¶ Additio. vj.

Octaua spera vbi sunt. xij. signa ꝛ stelle fixe motum habet ꝓprium distinctū a motu firmamenti qui quidē motus dr apud astronomos motus accessus ꝛ recessus.

¶ In eodē ca. j. vbi dr in postilla. Nec valet qd̄ cōtra hoc obijcit frater Thomas ꝛc.

¶ Additio. vij.

& etiaz ꝓtemptibilē: qđ sonant verba. quis ego sum. q. d. vilis sum. Cōsequenter quarto dī in lra: qui dixit ei Ego ero tecuz. Circa hec verba sunt multe z varie expositōnes: quaz due cōiores ponunt in postilla. z tm neutra eoz videt sufficere. Illa em quę dicit. q hoc q dī. Et habebis signū. refert ad visionez factā moysi in rubo. que quidē visio vt dicunt fuit data moysi pro signo q deus mittebat eū: ē expō quorundā hebreoz lz nō oino videaf ꝓtinere veritatē. tū qz moyses nō petiit tale signū: vtz in lra. & solū ostendit deo fragilitatē suam. Quis sum ego. vt dictū ē: tuz qz ex hoc videret q moyses eēt modice fidei. qui etiā vidēs signū miraculosum manifeste. z audiēs diuina verba dubitasset vtrū illa verba cēnt sibi diuinitus dicta. q si ita eēt reputaret sibi ad culpā: sicut de zach. legit Luc. j. Eo q nō credidisti verbis meis. qđ tm nō legit i hoc loco nec aliqđ simile. Secunda vo expositio que dicit q cū dī Hoc habebis signum refert ad immolatōez futurā q facta fuit a ꝑplo dei sup montē synai. que quidē immolatio debebat eē signū certificās moysen de duob⁹: qz vnū erat ꝓteritū. s. q deus fuerat cū moyse in eductōe ꝑpli de egypto. Aliud erat futurū. s. futura inductō populi in terrā ꝓmissaz. que quidē expō videt inconueniens quo ad vtrāq; ptez. de primo pz: naz qñ immolatio facta fuit in mōte: oino supfluū erat signū ad certificandum q de⁹ mirabiliter liberasset ꝑplm de seruitute egypti. cū hoc eēt cunctis manifestissimū p experiētiā. de secundo vo pz: nā vt ꝓstat ex lra. ñ fuerat moysi ꝓmissa introductio ꝑpli de egypto ad terrā ꝓmissaz. sed eductio ppli de egypto. dicit ei. Mittā te ad pharaonē. nō faciens mentōez de introductōe ad aliā terraz. vñ saluo meliori iudicio: aliter iste passus videtur exponendus. Ad qđ sciendū q moyses in hoc loco nō fuit locutus deo aliqua verba incredulitatē sonantia: vt ex hoc requireret aliqđ signū certificās ipm moysen: sed solū exposuit deo humilitatē suā ad tantū officiuz qđ sibi ꝓmittebat dicens. Quis ego sum vt vadaz: in quo intelligebatur tacite. q rōnabilius debuisset mitti alius aptus ad hoc: vñ dns rndet ad ꝓmū. Ego ero tecū. q. d. etsi tu nō es sufficiēs ex te: meo āt auxilio erf sufficiēs. Ad scām dic. Et hoc habebis signū q miseri te cū eduxeris ꝑplm de egypto. Pro q sciendū. q sic de⁹ in nova lege p pauperes z impotētes voluit inducē fidē suā p orbē vt ex hoc magis luceret vt⁹ z potētia dīna: iuxta illud. j. Cor. j. ca. Infirma mundi elegit deus: vt fortia quęq; confundat. pari rōne voluit in antiq lege p Moysen: qui modice reputatiōis erat: intantum q in etate lxxv. annoz gregē pascebat: vt ptz in litera: fieret liberatio populi z eius eductio de egypto vt sic tota gloria z potentia huius liberatōis soli deo attribueret: z populus induceret ad immolandū deo in recognitiōem sui beneficij: z nulli alteri. z hoc sonat litera cuz dicit. Hoc habebis signū: q miserim te cū eduxeris ꝑplm de egypto. vt id qđ dicit: hoc habebis signuz. referat ad inhabilitatē ipius moysi ad tantū officiū. z ē sensus propter hoc ego elegi te non potentē nec fortē. qz hoc erit signū q miseri te. s. q nō virtute ꝓpria hoc fecisses sed mea virtute z potentia: q rōne tu z ipe ppls immolabitis deo sup montē istum. z sic inhabilitas seu debilitas moysi quā deo oñdebat ad excusatōem suā. erat intēta a deo: vt eēt signū manifestum de hoc: q illa eductō fuisset a solo deo: z q sibi soli erat immolandū in recognitōez sui beneficij. Quito sequit in litera. Ecce ego vadā: si dixerint mihi qđ ē nomē eius. quid dicaz. In quo passu ad lram fiunt quedā obiectōes. Primo em obijcit sic: aut nomē dei erat notuz moysi ante reuelationē hmōi: aut non erat ei notum antea. si sic: superflue querebat hoc iterū scire. si aūt nō. quare querebat hoc in psona filioz israel. et non potius in sua psona dicēs. Notū fac mihi nomen tuū. si aūt dicat. q hoc nomen erat ei notū añ hmōi reuelatiōez nō tm erat notū filiis israel. et ideo querebat a deo. vt posset eis indicare nomen dei vt ipi crederent moysi in dicendis. Contra hoc obijcit Rab. moy. in prima ꝑte de directōne ca. lxij. vbi de hac materia ꝓlixe tractat dicēs. q aut filij israel hoc nomen sciebant anteq a moyse audirent illud aut nō. si sic supfluę eis istud nomē notificaret. cum iam ipi scirent sicut z ipse. si aūt ipsi non sciebant antea: sequeretur q ex hoc q sibi notificaretur a moyse: nō magis crederent ei. cum ipsi nescirent vtrum hoc eēt nomen dei vel nō. Ptez contra hanc interrogatōem moysi obijcit a quibusdam. Nam filij israel in egypto existētes anteq eis mitteretur Moyses: aut erant fideles. s. habentes fidem vnius veri dei. aut non habebant fidem de deo vero. Non est dicendum filios israel nō habere fidem de deo vero. quia tūc non essent populus dei: nec de eis diuisset deus. Vidi afflictionem populi mei in egypto. Nullus em reputatur dei populus seu de populo dei si sit extra veram fidem. Si autē erant fideles. s. veram fidem habentes de vero deo: nō requirebatur alia nominatō dei. sufficiebat em q Moyses dixisset eis. Ille. n. quem vos creditis eē deum: ille misit mē ad vos. presertim cū eis insup declarasset. Deus abraam &c. sicut fuerat dcm moysi in prima allocutōe: oēs. n. erant de ntu circūcisionis que fuerat data abrae in signaculum fidei Gen. xvij. qđ patet infra. iiij. ca. vbi ꝓpter incircūcisionem filij moysi volebat deus interficere eū. Ad quoz declaratōez videtur vlterius aliquid dicendum. Circa quod attendendum est. q ex his que dixerat dns moysi sup sua missione videntur oriri duo: q ab ipso moyse merito erant inquirenda. quoz primuz est: q dominus expresse dixisset moysi q descenderat vt liberaret ꝑplm isrl de manibus egyptioz. ad quod volebat mittere moysen ad pharaonem: vt educeret ꝑplm &c. nō tm eidem declarauit. vtruz hoc volebat facere p aliquas vias occultas: vtputa indinando coz pharaonis z suoz ad dimittendū ꝑplm. seu p aliquas plagas occultas: que etiaz fm cursum naturalem fieri possunt. sicut fecit in facto sarai vxoris abrae Gen. xx. ca. similiter de abimelech eodez ca. qui etiam ipsam saram dimisit ꝓpter reuelatōez diuinam quaz habuit in somnis. isr z laban dimisit iacob cū gregibus suis ꝓpter reuelatōnem diuinaz eidem in somnis factā: qđ indubie potuisset etiā in hoc casu fieri p voluntatē diuinā: cui nemo pōt resistere. Aut forte deus voluit ꝑplm educere cū signis z pdigijs supza nature cursū coem publice factis. put in effectu fuit oñsum. hoc. n. ꝓtinebat ad moysen scire. qz fortelsi de⁹ primo modo voluisset educere populum moyses reputasset se aptum ad hoc quia hoc fieret sine contentōne z ptradictōne: ꝓput in pdictis gestis patet. Secus autem si secundo modo. quia tunc requirebātur magne instantie et controuersie: sicut contigit in casu ad qđ non reputabat se moyses dignum. vt iam dixerat. Similiter hec inquisitō ptinebat ad eum ex pte filiozum isrl. eo q forte facilius z suauius venirent ad credendū diuinis ꝓnosticis z mandatis p internā inspiratōez seu monitionē diuinā q̄ p miracula vel suasionem moysi. vnde ꝓpter hoc petebat moyses nomē domini sub quo debebat filijs israel ista nunciare. naz nomina diuina coiter imponunt deo fm opatōes que ab eo procedunt: sicut cum dī. Dominus vir pugnator omnipotens nomen eius. infra. xv. ca. z Esa. lv. Et erit dominus nomen natus in signum eternum et sic ex hoc q sibi reuelaretur nomē diuinū. sub q̄ ista liberatio debebat fieri: moyses haberet certificatōnem de hoc quesito. In qua quidē interrogatōne videt moyses non tenere modum quodāmodo beate virginis interrogantis: quomodo fiet istud. non cīm dubitabat de efficacia diuine voluntatis: & querebat modū. Secūdū qđ ex dictis dmini oriebatur inqrendū ipi moysi est hoc. nam dns dixerat ei. q ipe et popul⁹ immolarent deo sup montem ꝓdictum. vnde volebat moyses scire nomen diuinum. sub quo talis immolatio debebat fieri. hoc. n. nomen deus vere intellectum licet nō sit cōmunicabile alicui creature fm rem. est tm coicabile fm pticipatōem. vt dij dicantur qui pticipant aliquod diuinum p similitudinem. iuxta illud psal. lxxxj. Ego dixi dij estis &c. Sic ē coicabile fm opinionē. vñ sup illđ ad Gal. iiij. Dis q natura nō sūt dij seruiebat. gl. nō sūt dij na-

turg' acr lat q' h v

ſm opinionē hoim. Et q̄ ſacrificare ſeu īmolare ē
is ſoli deo vero debitus. vñ infra. xxij. ca. Qui immo-
dīs occidet: niſi ſoli dño. idcirco moyſes q̄rebat ali-
ꝑ ꝓpriū nomē diuinū. qđ cēt oibus modis incōmunica-
ile. vt ſic ꝑ'ls ille qui ꝓprius erat ad ydolatriā. ſm quā le
uiter vocabant creaturā noie dei. vt infra. xxxij. ca. de ritu
lo dicebant. Hi ſunt dñ tui iſrl. vt in hac immolatiōe ſeu
ſacrificio non deuiaret a via recta. Qua quidē expoſitōe
ſic poſita ceſſant obiectōes ꝑdicte. nā ad primā obiectōz
dicendū: qđ hoc nomen diuinū qđ moyſes querebat: nec
erat notū moyſi nec alīs filīs iſrl. ꝓut infra dicet. quere-
bat aūt hoc moyſes in ꝑſona filioꝝ iſrl. z nō in ſua ꝑſona
ex quadā humilitate z reuerentia. videt. n. quodāmodo
temerariū ſeu ꝓſumptuoſum. ꝓſertim viro tām humili dice
re deo. Qđ ē nomē tuū. nō. n. erat moyſes ignarus: q̄ Ja
cob peteti nomē angeli fuit rñſuz quaſi increpatiue. Cur
petis nomē meū: ſupra geñ. xxxij. ca. z iō moyſes petebat
in ꝑſona ꝓpli cui mittebat. de quo ꝑſumebat q̄ ſaltez alicq
eoꝝ hoc peterent. Ad ſcdm dicendū q̄ moyſes non pete
bat cognitiōez buiꝰ nomis. vt p hoc filij iſrl' crederent ei:
ſm hoc querebat ꝓpter rōnes ſupradictas. Ad terciū dicē-
dum: q̄ lz filij iſrl z a fortiori moyſes haberet fidez de deo
vero qui eſt deus abraā ꝛc. nō tn hec noticia ſeu cognitio
ſufficiebat ad certificandum moyſen de alīs ſupradictis.
Conſequenter ſexto dī in lra ſm tranſlatōez nr̄am. Dixit
dñs ad moyſen. Ego ſum q̄ ſum. Dit. Sic dices filīs iſrl'
qui eſt miſit me ad vos ꝛc. quā quidē tranſlatōez nr̄am
doctores noſtri coiter tenent q̄ hoc nomen q̄ eſt. maxime
ē nomē ꝓpriuz dei: ꝓut ſanctus Thō. in prima pte. q. xiij.
ar. xj. in cor. q. vbi ad ꝫ aſſignat quaſdā rōnes. quaꝝ vna
eſt hiero. ad marcellā de decē dei noibus. et Aug. in. v. de
trin. q̄ quidē rō talis ē. q̄ in hoc noie ſignat immutabili
tas ꝓpria diuini ēt. qđ nō nouit ēteritū nec futurū. cetera
ēm q̄ mutabilia ſunt. quaſi non ſunt. qđ. n. dicit fuit. iam
nō eſt: z qđ dicet erit: nōdū eſt. z iō ō deo maxime ꝓprie dī
qui ē in pñti. Que quidē expoſitio lz ſm tranſlatōem no-
ſtrā ſupradictā z ex auctoritate ſanctoꝝ locū habeat: nō
tn videt habere locum ſm hebraice lre veritatez. vbi ſic
dī. Dixit dominus ad moyſen. Ero q̄ ero. Dit. Sic dices
filīs iſrl: qui erit miſit me ad vos ꝛc. Ponit. n. in quolibz
loco vbi dicit. ero: hec dictio ehie. que ꝓprie eſt verbum
ſubſtantiuū futuri tpis prime ꝑſone indicatiui modi que
quidē dictio frequētiſſime ponit in ſacra ſcriptura: z nul
lam aliā ſignificatōez nec equiuocatōnez habet. vñ ſcdm
hanc lram nō eſt dicendū. q̄ dñs in hoc loco oñdit nomē
ꝓpriū ſuū. nam p hoc q̄ dī q̄ erit. nō ſignificat eternitas.
in qua nulla ē ſucceſſio: nec etiaz immutabilitas. cū tn in
hoc qđ dī q̄ erit. ſignificat a nō ēē in ēē vel ſaltē ab ēē pñ-
ti vel ꝑterito in futurū. nec etiā neceſſitas ēēndi ꝺ oñdit.
cū illa q̄ erūt nōdū ſint. vt pz p auctoritates ſanctoꝝ al-
legatas. vñ valde mirandū videt de poſtillatore q̄ in hoc
loco veritatē hebraicā allegat mō ꝑdicto. z tn ex hoc q̄ di
cit: ero qui ero. intendit ꝛcludere eternitatē z immutabi-
litatē dei z hmōi. qđ ē manifeſte ꝓtra rōnem: z etiā cōtra
mentē ſanctoꝝ. qui iſta non ꝛcluſerunt. niſi ex verbo ſub-
ſtantiuo pñtis tpis. nō aūt futuri vt dcm̄ ē. vñ iſte paſſus
ſm hebraice lre veritatem aliter videt exponendus. Ad
qđ ſciendū. q̄ in verbis ꝑdictis. ſ. cū dñs dixit ad moyſen
ero qui ero ꝛc. nō oñdit dñs moyſi aliqđ nomē diuinum
de nouo: ꝺ potiꝰ oñdit ei q̄ nō erat interrogatio ſua neceſ
ſaria de hoc: cuiꝰ rō eſt. naz ſufficiebat filīs iſrl. z etiā ipſi
moyſi: q̄ deus patrum ſuoꝝ. ſ. abraā yſaac z iacob. quē ipſi
ꝑ fidez cognoſcebāt ēē vnū deū: volebat ēē cū eis ad edu
cendū eos de ſeruitute. ſiue hoc fieret ꝑ miracula patētia
ſiue non. i. aliter. z hoc ē qđ dicit. ero qui ero. z eſt ſenſus.
Ero cū eis: q̄ ero tecū. ſtatim. n. ſupra dixerat moyſi. Ego
ero tecū ꝛc. ac ſi diceret. Ego dixi tibi q̄ ero tecū in hac li
beratōne. ſilr dico q̄ ero cū eis. Et q̄ vtrunq̄ erat ſup eo-
dez facto. idcirco tm̄ ſemel ꝛcludit. Qui erit miſit me ad
vos. q. d. non debetis vos curare quō: ſed ſufficiat vobis
q̄ ero vobiſcum. ſ. cū moyſe et cum ꝓpło ad implēdū ꝑdi-
cta: in q̄ de⁹ ſatisfaciebat moyſi etiaz de ſcdo motiuo ſue
interrogationis. ſ. q̄ immolanduz deo ſufficiebat ꝓpło
immolare vero deo: quē patres coluerūt. qui etiā deus
redimeret eos a ſeruitute egyptiaca. etiā ſi aliqđ nomē
diuinū eis nō innoteſceret. q̄ hoc q̄ ē eē deuz abraam
yſaac et iacob. qui educeret ꝓpm iſrl de egypto non eſt
cōicabile alicui creature. Et nota q̄ antiqui hebreoꝝ
nō exponebant hoc qđ dī. Ero qui ero. de aliquo noie
diuino. ſ dicunt q̄ deus in rñſione offerebat ſe popu-
lo ſeu ꝓmittebat eis q̄ eēt cum eis in hac tribulatōne
egyptiaca. z in alia qñ ꝛtigiſſet. Et notandū q̄ hec di-
ctio ehie. que in hoc loco ponitur que ſignificat ero. vt
dictū ē: nunq̄ in tota ſacra ſcriptura ponit ꝓ noie di-
uino. vñ ſi nomē diuinū eēt. rōnabile eēt vt alicubi de⁹
hoc noie nominaret. ¶ Sequit in lra ſeptimo. Dixit
q̄ iterum deus ad moyſen: hec dices filīs iſrl. Domi-
nus deus patrū vioꝝ miſit me ad vos. Hoc nomē mi
bi ē ꝛeternū. z hoc memoriale meū in generatōe z ge
neratōnez ꝛc. hec in lra. Sup quibus verbis lz nō mo
dice attentiōis ſint nihil videt ꝑſcripſiſſe poſtillator:
niſi q̄ vbi dicit. Dixitq̄ iterū deus ad moyſen. ly iterū
exponit. vt referat ad interrogatōes: ac ſi dicat. ſi que
ratur ſcdo de noie mittentis te: rñdebis. Deus patruz
vioꝝ deus abraā ꝛc. que quidez expō manifeſte deui-
at a veritate litere z byſtorie. Primū patet q̄ cum di-
cit. Dixitq̄ iterum deus ad moyſen manifeſte bi. q̄ ly
iterū determinat id qđ dī. dixitq̄ deus. z eſt ſenſus. q̄
deus non ſolū ſemel dedit moyſi rñſionē dicēs. qui eſt
ſeu qui erit. miſit me ad vos: ſ etiā dedit iterū aliaz re-
ſponſionē. ſ. dñs deus patruz vioꝝ ꝛc. qđ ſonat plane
illud qđ dicit: Dixitq̄ iterū. Scdm patet. q̄ vt hyſto-
ria teſtat moyſes nec filij iſrl. ſecūdo queſierūt de no-
mine mittentis z ſic moyſes nō debuiſſet ſibi nomē a
deo reuelatū ꝓpalaſſe ꝓpło. cuz de⁹ ꝓditionalr iuſſiſſet
moyſi. ſi querāt ſecundo. ſ. de noie mittentis. rñdebis
ſm expoſitōez poſtillatoris. vñde aliter videt dicen-
dum. ſ. cum deus in prima rñſione. ſ. cuz dixit. Ero qui
ero. nō reuelauiſſet moyſi aliqđ nomē diuinū de nouo
ſed potius ei oñderat q̄ nō erat ſibi neceſſariū hoc pe-
tere: vt dictū ē. mō quaſi ex ſupabūdāti voluit ſibi no
tificare nomē diuinū. in quo moyſes certificaret de ꝑ-
dictis de quibus certificari volebat: z de hoc dicit. Di
xitq̄ iterū deus ad moyſen. q. d. licet prima rñſio ſufficia
ſet: gratioſe tn̄ volo tibi dare iteratā reſponſionem: q̄
qua nomen nouū ꝓpriū mihi notifices filīs iſrael. vñ
dicit. Dixitq̄ iterū dñs ad Moyſen. Circa qđ nomē
moyſi in hoc loco nouiter reuelatū plura occurrūt cō-
ſideranda ad ſenſum lrales ptinētia: ſpāliter. xij. Pri-
mū. ſ. quō nomen diuinū hic reuelatū moyſi ſcribitur
in hebraica lra. z qualiter ab hebreis ꝓnunciat: z quō
in alīs linguis tranſfertur. Scdm. ſ. an ꝑdictū nomen
ſcz tetragrāmaton ſignificet verū deū. Tertiū. ſ. an ꝑ-
dictū nomē ſit ꝓpriū vel appellatiuum. Quartū an ꝑ
dictum nomē ſit maxime ꝓpriū nomen dei. Quintū. ſ.
an hoc nomē ſignificet naturaliter. vel ad placitū ſeu
inſtitutōe. Sextū an ſit aliqua rō querenda ō hmōi
inſtitutōe. Septimū an deo ſm ſignificatōez buiꝰ nomis
principaliter ptineat miracula facere. Octauū an
deo ſm ſignificatōez buiꝰ nois ꝓprie ptineat immola
ri ſeu ſacrificari. Nonuz an ſub predicto noie ꝓprie p-
tineat ꝓpm ſub lege a deo data cultui diuino applica-
ri. Decimū an hoc nomen habeat ſpālem efficaciā in-
ter alia noia diuina. Undecimuz. ſ. de ſolennitate buiꝰ
nois apud hebreos. Duodecimū. ſ. quō ſunt intelligē
da hec verba. ſ. hoc ē mihi nomen ꝛeternū. z hoc no-
mē memoriale meū in generatōe generatōez. Circa
primum dicendū q̄ vbi in tranſlatōe nr̄a dicit in hoc
loco. Dñs deus patruz vioꝝ ꝛc. in hebraica lra ē vnum
nomen ex quatuor lr̄is ꝓpoſitum: qđ coiter dicunt te-
tragrāmaton a tetra qđ eſt quatuor: z gramma quod
eſt lra. i. nomen quatuor literarum: que quidem littere
in hebraico ſunt iſte. prima ſcilicet i. ſecūda h. tercia h.
quarta h. z ſic hoc nomen ſcribitur apud eos ſic ſcilicz
ihhh. Iſtud aūt nomē ſic ſcriptū cuz ꝑdictis quatuor
literis nunq̄ ꝓnunciat ab hebreis coiter ꝓut in lra

facet: ℔ in loco illius vbicunq; in sacra scriptura ponitur: pferunt legentes adonai. qđ est aliud nomẽ diuinum ꝓpositꝫ ex quatuor literis: quaꝝ pria est a. secũda d. tercia n. quarta i. ⁊ sic boc nomen scribitur apud eos sic. ſ. adnitque quidẽ quatuor lre sic in hebreo sylla bicanť q; ꝓpria nois ex eis ꝓpositi ꝓnunciatio ẽ adonai: qđ quidẽ nomẽ adonai signat plane dñꝫ cũ additõne mei vel nostri vel nr̃m. Primũ aũt nomẽ. ſ. tetragrãmaton nõ ẽ transferibile in aliud nomẽ: seu etiam plane exponibile sicut adonai ⁊ alia noia diuina. ⁊ ideo translatores tã chaldei q; latini et etiã arabici posuerunt loco illius dñm: que ẽ translatio scđi nois predicti. ſ. adonai nõ tñ ẽ translatio primi nois tetragrãmaton supradicti. Circa scđm. ſ. an pdictũ nomen diuinum. ſ. tetragrãmaton significet verũ dẽũ. dicendum q; sic. hoc. n. testať dẽus dicens moysi in hoc loco de hoc noie. Hoc nom̃ mihi ẽ in eternũ. ⁊ Esa. xlũ. ca. Ego dominꝰ hoc est nomẽ meũ. in quo loco vbi dicit dns: ponitur in hebreo nomẽ pdictũ: ⁊ sic in pluribus alijs locis. Circa tercũ. ſ. an nomẽ pdictũ sit ꝓpriũ vl' appellatiuũ: dicendũ q; est ꝓpriũ: qđ pz ex hoc. nam huic nomini ꝓpetũt oms ꝓpietates ꝓpriorꝫ nominũ. quarũ vna q̃ principalis est ⁊ cõis in oibus linguis ẽ nõ habere pluralẽ numerũ. cuius rõ ẽ: nã nomẽ ꝓpriũ significat subaz non cũ q̃litate cõi sed ꝓpria: vt grãmatici dicũt. vñ ex pdicti nois natura nõ inueniť plurale in lingua hebraica sicut repiť in alijs diuinis nominibꝰ: vt de hoc noie dẽus: vel dns ⁊ hmõi. et adhuc amplius q; ꝑm formã istius nois in hebraico scriptã: nõ posset ex eo fingi aliqđ plurale: sicut verbigratia de hoc noie symon possumus fingere plurale vt dicẽdo symones ꝓ multis: quoꝝ quilibet appellať symon. talẽ. n. fictõz pluralitatis nullo mõ patiť pdictũ nomẽ ꝑm formaz in qua forma ponit in lingua hebraica: vtz in ea eruditis. Sunt aũt alie ꝓpietates nois ꝓpriorũ in lingua hebraica: q̃ non faciliter in lingua nr̃a exponerent: q̃ quidẽ ꝓpietates ogs adaptanť pdicto nomi. ſ. tetragrãmaton. put Ra. abenbaza: q̃ maxim9 fuit grãmaticos inter hebreos in hoc loco plene exponit: vñ manifestũ ẽ hoc nomẽ cẽ ꝓpriũ. Circa quartũ. ſ. an pdictũ nomẽ sit maxime ꝓpriũ nomen dei: dicendũ q; sic nã inť oia noia q̃ in sacra scriptura de dẽo dicunť cõiť teneť q; hoc nomẽ: qui ẽ: est marie ꝓpriuz nomen dei. put sanctus ⁊ bo. prima pte. q. ⁊ arti. allegatis deducit. q̃ quidẽ opinio ꝫ vt deductũ fuit fundet in translatione nr̃a que bz. Qui ẽ misit me ad vos. que quidem trãslatio nr̃a delyrat manifeste a veritate hebraica: vt supra oñsum ẽ: tñ suppositꝰ ꝓpter reuentiã sanctorꝫ q; hoc nomẽ: q̃ est: sit nomẽ ꝓpriũ dei: adhuc vlteriꝰ videtur manifeste dicendũ: q; hoc nomẽ tetragrãmaton est magis ꝓpriũ q̃ hoc nomẽ: q̃ est. licet non sit in aliq̃ alio noie seu ꝓ aliud nomẽ trãsferibile seu ꝓprie exponibile vt dcm̃ est: ex lr̃is tñ et quibꝰ ponit põt intelligi tam esse q̃ essentia nihil aliud ꝓnotãdo nec limitãdo. qđ maxime ꝓpetit entie seu cẽ diuino. Forma etiã in qua ponit ꝑm grãmaticam hebraicã ꝑsiderata nec est ꝓprie ꝓcreta nec abstracta. nec aliqđ tꝑus in sui significatõne includit: cũ sit ꝓprie ꝓpriũ nomẽ. vñ oẽs rõnes ex quibus sancti doctores dicunt: q; hoc nomẽ q̃ est: ẽ ꝓpriũ nomẽ dei: put in. q. ⁊ arti. allegatis habetur: pamplius ꝓpetũt hunc noi tetragrãmaton: qđ sic patet: nam vna rõ sumiť ex hoc q;: q̃ est: nõ significat formã aliquã: ℔ ipm eẽ: ⁊ dr̃ maxime eẽ ꝓpriũ nomen dei: cuiꝰ solius eẽ est sua entia. que quidẽ rõ magis cõpetit noi tetragrãmaton: qđ significat taz eẽ q̃ entiã nihil aliud connotando seu limitando: vt dictũ est: q̃ huic nomini qui est: quod solum significat ipsum esse non exprimens aliquam essentiam: que sit eadem cuz sui esse. Manifestum est enim q; de quolibet ente etiã si non sit idem cum sua essentia est verum dicere: quod est. vnde dicendo: qui ẽ: vel qđ ẽ: de aliquo ente nõ intelligitur q; sua essentia sit suum esse. Alia vo rõ q̃ assignať ad hoc q; hoc nomẽ: q̃ est, est maxe ꝓpriũ dei: est talis. ſ. q; quanto aliqua nomina sunt minus determinata ⁊ magis cõia ⁊ absoluta: tanto magis dicunť de deo: eo quo concludit q; hoc nomẽ: qui ẽ. qđ sehz indeterminate ad oẽs modos eẽndi nominat ipm̃ pelagus subẽ infinite dictũ a damasceno: que quidem rõ concludit q; hoc nomen tetragrãmaton est magis ꝓpriũ. minus. n. determinate ⁊ cõius ⁊ absolutius est nomen significans eẽntiaz seu rem subsistentem absolute ⁊ abstracte a quacunq; cõcretione seu limitatione quod magis pertinet ad nomen tetragrãmaton: quod vt dictũ est significat eẽ seu eẽntiã nõ concretiue: nec abstractiue: nec cum tpe q̃ hoc nomẽ qui ẽ: qđ nõ solũ significat cum tpe: qz est verbũ pñtis tẽporis: sed etiã ꝓcretiue. naz hoc verbũ est: in sui significatõne includit: ẽ ens: sicut alia verba in sui significatõe includunt participia sua. Constat aũt q; ens significat concretiue. ⁊ per pñs intelligitur cuz ꝓpositõne: qđ nõ competit deo. Alia aũt ratõ sumitur ex significatõne sic. nam hoc nomen qui ẽ: significat eẽ in pñti: qđ maxime competit deo. cuiꝰ esse nõ nouit ꝑteritum nec futurum: que quidem rõ manifeste concludit. q; nõ soluz nomen tetragrãmaton: sed etiam hoc nomen deus: magis ꝓprie dicit de deo q̃ hoc nomen: qui est. nam sicut eternitati nõ ꝓpetit ꝑteritum nec futurũ: ita nec nunc tpis. qđ est inter ꝑteritum ⁊ futurũ. Constat aũt q; hoc verbum est: communiter intelligunt loquentes nunc tpis seu tps ꝓpinquũ tẽpori pñti ꝑteritum distinguens a futuro: quoꝝ neutrum ꝓpetit deo: vt est manifestum. nomẽ aũt tetragrãmaton non significat cuz tempe: sed solũ esse seu essentiã abstracte a quacunq; tpis significatõne. Si ꝑsideret etiam hoc nomen pdictum q̃tum ad illud a quo imponitur: manifestũ est q; ẽ magis ꝓpriũ nomen dei q̃ hoc nomẽ: q̃ est naz hoc nomẽ impositũ ei ab ipo eẽ nõ ꝓut eẽ in creatur seu ꝑ creaturas cognoscitur: ℔ ꝓut est in mẽte diuina: ꝓut declarabitur in articulo sequenti. Similiter ẽ magis ꝓprium q̃tum ad modum significandi. nõ. n. habz modum significandi ꝓout creaturis cõpetit: talis enim modus significandi in nominibus semper est concretiuus seu abstractiuus: quod nõ cõpetit huic nomini: vt iam dictuz est. Significat enim hoc nomen: qui est: complexe vt patet: nomen autem tetragrammaton incomplexe omnino Si autem consideretur hoc nomen q̃tum ad hoc q; imponitur ad significandum. manifestum est q; nomen tetragrammaton: est magis ꝓpriũ q̃ nomen deus. vel nomen: q̃ est. impositum enim est ad significandum ipsaz dei substantiam alteri incõmunicabilem. ⁊ vt sic liceat loqui singularem. vt in prima pte. q. allegata artic. xj. in responsione ad primum argumentum. Ex quo patet q; hoc nomẽ est omnibus modis incõmunicabile alicui creature. quia significat quasi vt singulare seu individuum. Nullum autem nomẽ significans individui aliter est ꝓmunicabile multis: nisi metapborice tm̃: licet autem in aliquibꝰ locis scripture dicatur hoc nomen aliquibus creaturis cõmunicari. vt infra. xvij. capitulo. ꝺ altari edificato a moyse dicitur. Vocauit nomen eius. Dominus exaltatio mea. vbi ponitur hoc nomen. hoc tamen est aliter intelligendum. vt in suis locis exponetur. Circa quintum scilicet an hoc nomen significet ad placitum seu ex institutione seu naturaliter. dicendum q; hoc nomen sicut ⁊ cetera nomina vocalia ex institutione significat: non autem naturaliter. Differunt tamen. quia cetera nomina communiter ⁊ vt in pluribus ex institutione humana significant. Hoc nomen deus ex institutione diuina tm̃. Si enim ex institutione humana significaret: notum esset hoc nomen saltem illis qui nouerant linguam hebraicam: cuiꝰ oppositum patet ex hoc: q; moysi querenti de nomine dei tanq̃ ipsuz nomen ignoranti: deus dixit. Dic filijs israel. Et sequitur. Hoc est nomen meum. Ex quo patet q; nec Moyses. nec filij israel hoc nomen nouerant ante huiusmodi reuelatõnem. Hoc etiam patet infra. vj. capitulo. vbi dicitur. Nomen meum adonai non indicaui eis. Et ibidem ostendetur. Dico autem q; cetera nomina vt cõmuniter ⁊ in pluribus ex institutione humana significãtur propter hoc q; pauca nomina leguntur a deo instituta.

ad significandū. sicut supra Gen. i. Vocauit de⁹ lucē die. & ibidez. Vocauit deus firmamentū celū. & hmōi: & sic de aliquibus singularibus paucis in primordio rerum ꝓtētis que quidez vocatōes seu institutōes ꝓformes sunt ꝓceptōnib⁹ humanis que de rebus habent. vt pz considerāti. De hoc ẏo noie diuino aliter ē sentiendū. s. q excedit oēm ꝓceptū humanū. Ad cuius euidentiā attendendum est. q sicut apud nos voces significantes res sunt signa earū que sunt in aia passionū. vt in. i. Perher. q dē passiones aie res significant naturaliter cum sint eedem apud oēs: voces tn que sunt earū signa non naturaliter ꝫ ad placitū significant. vnde sunt diuersa apud diuersos. sic suo modo ꝓsiderare possum⁹ apud deū duplex nomen ꝓprium. vnū. s. mentale significans naturaliter deū. et ꝫ mō filius dicit nomen patris. vñ sup illud Esa. xxx. Ecce nomen dñi veniet de longinquo. glo. nomē dñi. i. fili⁹ qui est nomē pris. Cui⁹rō est. nam ẏm sanctū tho. in scriptis supra primū di. xxū. arti. i. Deus qui seipsuz ꝓprehendit ipse sol⁹ seipm noiat pfecte: vt ita dicā. verbum coequale sibi generando. hec ille. Aliud ẏo nomen ꝓprium diuinū significans ad placitū. s. ex institutōne dina dei subaz incōicabiliter & adequate: ē nomē ꝑdictū de quo agit: q aūt ꝫ nomē significet dei subaz incōicabiliter: ptz ex ꝑdictis: q aūt adequate patz ex hoc: nā ẏm sctm Tho. vbi supra cū voces sint signa intellectuū: ẏm pbm. idem iudiciū est de cognitōe rei: & noiatōne ei⁹: vnde sicut deum impfecte cognoscimus: & ita impfecte noiam⁹. et q̄si balbutiendo: vt dicit Greg. Ex quo sequit. q cuz deus pfecte se cognoscit ipse sol⁹ pfecte seipm nominet mentaliter. vt dictū ē: sic & ipe solus pfecte seipm noiat ꝙ voces ab eo institutas. q̄ sunt signa sui intellectus ad placituz institutas. vñ de hoc noie tetragrāmaton sic a deo instituto verius dicit: q nomiat pelag⁹ subē infinitū a damasceno dcm. nā cetera noia diuina determinant seu significant quodāmō modū eēndi diuinū: put cognitō nra: que finita ē: & a cognitōe creatura accepta attingit: hoc tn nomen nullū modū eēndi diuinū determinat: nisi. put ē in mente diuina hoc nomē institutē. & ad hoc tendit illō Ra. mox de directōe pplexorū qō allegat a postilla. infra. vi. ca. Cōstat aūt q illō esse absolute ꝓsideratū ē infinitū simplr: & sic pelag⁹ substantie infinite dicendū. Nec mirandū si aliqua dictio vel nomē finitū ꝓprie significet subaz infinitā. q̄ inter voces ad placitū significantes & res ꝙ eas significatas nō ē ꝓportō assignanda ẏm naturā: ꝫ solū ad placitū. hec. n. dictō mūdus: que ē quedā brevis dictio. significat totū vniversuz & hoc nomē ꝫ sit finitū ẏm vocē: significat tn infinitū ẏm rem. Circa sextū. s. an aliqua rō sit querēda de hmōi institutōe. Dicendū q cū hoc nomē sit ad placitū diuinum institutū. vt dictū ē: nō ē ad hoc querēda rō q̄si naturalis vel necessaria: cū etiā multa noia ab hoibus ad significādū instituta: vt puta ꝓmitiua: que a nullo alio noie deriuant. nō habeāt rōnez sue institutōis: nisi ẏm beneplacitū instituentiū: & a fortiori de bñplacito diuino qō est maxime liberū: nō ē cā querenda: nihilominus tn quedā rōnes possunt assignari pertinētes ad ꝓgruentiā hui⁹ significatōis. sicut ꝓtingit in sacramētis: q̄ licz ex voluntate diuina habeant efficaciam: nō ex natura rez. tamē sunt alique rōnes quibus ꝓsideraī aliqua cōgruētia inter sacramenta & res quas significāt seu efficiunt vt puta cum per ablutōem exteriorē que fit in baptismo: ꝓgrue significaī ablutio interior. s. quā significat seu efficit: q̄ quidē rōnes in hoc noie a diuersis diuerse assignant. & spāliter inē expositores hebreoz ē in hoc magna diuersitas. Quidā. n. eoz assignāt ratōes ex natura lrazuz in hoc noie ꝓtentarum: q̄ quidē lre oēs sunt vocales. lre aūt vocales sē magis abstracte a materia q̄ cetere: & iō aptiores ad significandū diuinā subaz q̄ magis abstracta est a quacūq; cōditiōe materiali. Alii ẏo hmōi rōnem assignāt ex pte numeroz ꝙ bas literas significatorū: vnicuiq; n. litere assignatur certus numerus ẏm hebreos: numeri aūt appropriati istis lris bnt pfectōnes singulares inter alios. Sed hoc nō videt ꝓvenienter dictuz. q lre nō significāt numeros nisi ex institutōe humana: qō hic nō bz locū. Quidaz ẏo eoz dicunt q ratio institutōis hui⁹ nominis est ineffabilis & penitus incompbēsibilis ab hoib⁹: & hoc videtur satis rōnabiliter dictum: q aūt dictū ē: hoc nomē significat diuinā subam. put est in diuina mēte. qō est incōprehēsibile ab intellectu creato. nihilominus tn rōnes assignate supra in articulo quarto videtur congruere. put fragilitati nri intellectus videt cōpetere.

Circa septimū. s. an deo ẏm significatiōez hui⁹ noiis ꝓprie ptineat miracula facere. dicendū q ꝫ ad deū ꝓut est oīpotēs ptineat miracula facere: ex hoc ēm dr oīpotēs. q. pōt possibilia absolute. et sic ei⁹ potētia extēdit se ad oīme id qō bz vel pōt bre rōuem ent. cui nihil opponit nisi qō implicat i se eē & nō eē simul. q̄a tn rō diuine oīpotētie fundat in eē diuinū: ẏm q ē infinitū: nō limitatū ad aliquē modū entis: & ꝑbabēs i se totius eē pfectiōez: put supra dicit in pria pte. q. xxv. arti. iij. in cor. q. cōstat aūt ex supradictis: q nomē tetragramaton significat subam diuiaz put ē pelag⁹ ꝫbe infinite sequit qō ad deū ptinet oīpotētia: et ꝙ ons facere mirabilia. put ꝓsideratur signari ꝙ dictuz nomē.

Circa octauū. s. an deo ẏm significatōez hui⁹ nominis ꝓprie ptineat immolari seu sacrificari. dicenduz q sic nam sic sacrificia seu immolatōes coiter fiunt deo ꝓ expiatōe seu mūdatiōe a peccatis: iuxta illud. j. Reg. iij. Non expictur iniquitas domus eius victimis & muneribus cū oīpotētia diuia parcēdo maxime & miserādo manifestet: per hoc. n. oñdit deū habere summā potētiā q libere peccata dimittit. eius. n. qui supioris legi astringit: nō ē libere peccata ꝓdonare. put in. q. & ar. supradictis. vñ eadez rōne dicēdū ē ꝙ sacrificari et immolari soli deo ptinet: put ꝓsideraī ꝑdicti noiis significatio: & inde ē q in leuitico vbi de oibus spēb⁹ sacrificioz singulariter agit: nunq̄ aliud nomē imponitur nisi solū nomē ꝑdcm. silr & i. iij. Reg. xvij. vbi agit de belya ꝫ ydolatras dicit. Si dns ē de⁹ sequimini eum vbi ex pte belye sp ꝑdictū nomē nominat: & sic de silibus. Circa nonū. s. an sub ꝑdicto noie ꝓprie ptineat pplus sub lege a deo data cultui diuino applicari. dicē dū q sic: cui⁹ talis rō assignaī a quibusdā ex positoribus hebreoz: nā diuie ꝓmissiones i lege ptente oīs sūt miraculose. s. supra facultatē nature facte. s. q pluuie tēperance descēdant pplo exīte iusto. & detineant ꝓpulo peccante: vt patz Deutro. xi. & in locis ꝙplurimis ve. testa. Constat eīm q hmōi bona ptalia: & mala ẏm cursum cōem nature silr se habent ad bonos & malos ẏm illud Eccls. ix. Vniversa eque cueniūt insto & impio: immolati, victimas. & sacrificia ptēnenti. vñ q talia sequant bonitatē vel malicia ppli: hoc nō ē ex cursu cōi nature: ꝫ supnaturali ptāte diuia. Ex quo sequit q lex diuina debuit ꝓprie dari sub illo noie: ẏm q ptinet ad deū mirabilia facere: & inde est q in principio decalogi hoc nomē fuit expressum cū additōe eductōis de egypto: in qua miracula diuia fuerūt potissime manifestata: & hoc cū dicit infra Exo. xx. Ego dns de⁹ tu⁹ qui eduxi te de terra egypti &c. vbi. n. dicit dns: ponit ꝑdictum non en. similiter per totū decalogū in quo principalia legis traduntur: hoc nomine exprimūtur non autem in creatione mundi. in operibus enim sex dierum nunq̄ hoc nomen reperitur: sed solum deus. licet enim creatio a solo deo fuerit. tn in creatione ẏm Aug. ordo nature principaliter queritur. Circa decimum. s. an hoc nomē habeat specialem efficaciaz inter alia diuina nomina. dicendum q licz diuia inuocatio efficax sit cuz suis debitis circumstantiis que i oīone efficaci requiruntur. iuxta illud psal. cxliij. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate de isto tamen nomine legitur in speciali Nume. vi. c. Ponent nomen meum super filios israel. ego autem bñdicam eis. Ex quo patz q ad hoc q bñdictio sacerdotalis in veteri lege ꝓtenta efficaciam haberet requirebaī impositio ꝑdicti nomis sup ꝙlm qō ibidem terexprimit. vñ ẏm hebreos & ē satz ꝓsonū lre: ad efficaciā bñdictōnis spūalis ibidē ꝓtēte exprssio ꝑdicti nois re-

quirebaꝫ. dñs. ibi. ¶ Dic aaron ⁊ filijs ei⁹. Sic benedicetis filijs ysrael dicite eis. Benedicat te dñs. ¶ Circa vndecimu⁊. ſ. de ſolennitate hui⁹ nois apud hebreos. dicendū q̄ hoc nomē. ſ. tetragrāmaton nulli erat licitum ꝓnunciare: niſi ſolū ſacerdotibus cum benedicebāt ſolenniter ꝑ̄lin templo: vt infra .vi. ſed loco illius vbicunq̄ ponē ꝓferebant legentes .ḃ. nomē adonai: vt dcm̄ eſt ſupra i ꝓmo arti. qđ ē nomē ſignificans maieſtatē ſeu ſuminū dominiū ⁊ ptātem. Que quidē mutatio videtur fieri ꝓpter duo: primū vt p̄dictū nomē a deo inſtitutū in maiori reuerentia haberet ſcđm q̄ veritas p̄dicti nois. ſ. tetragrāmaton: nō eſt cognoſcibilis: niſi p̄ ſummam ptātez diuinā in effectibus ſuis relucentē: qđ ſignificaē p̄ hoc nomē adonai. vt dcm̄ eſt. ⁊ ideo valde rōnabiliter ſe habuit beatus hiero. in ſua tranſlatōne circa .ḃinaz vbicunq̄ inuenit p̄dictum nomen loco illius poſuit hoc nomen dominus: qđ eſt tranſlatio hui⁹ nois adonai: non aūt tetragrāmaton. addit aūt in hoc loco huic noi deus abraā eo q̄ reuelatio facta moyſi ad impletōez ꝓmiſſoꝝ patribus factoꝝ fuerat ordinata. ¶ Circa duodecimū. ſ. quō intelligenda ſunt hec verba. ſ. hoc nom̄ mihi eſt ineternū: ⁊ hoc mēoriale meū in generatione ⁊ generatōez. Dicendū q̄ ly hec ꝟba ꝓtermittaē in poſtilla. quaſi ſint vnius ⁊ eiuſdez replicatiua: vter⁹ tñ videē dicendū: q̄ referaē ad p̄dicta duo noia: q̄ vnū eſt qđ ſcribitur. ſ. tetragrāmaton ſupra dictū. qđ eſt ꝓpriū nomē dei vt dictum eſt. ⁊ de hoc noie. ſ. tetragrāmaton dicit. hoc nomē mihi ē ineternū. q̄ anteq̄z eēnt creature: hoc nomen ptinebat deo ꝑm ſuā eēntiā abſq̄ aliqua relatōne ad creaturas vt expoſitum eſt. Scđm vo nomen eſt nō qđ ſcribitur: ſ legitur. ſ. adonai: de quo intelligendū eſt qđ dī. Et hoc eſt memoriale meū in generatōne ⁊ generatōez. ad innuendum q̄ primū nomē non erat coiter memoriale cuz labijs: ſed nomē ſecundū. ſ. adonai: noia. n. que ꝓferunē dicūtur memorialia: iuxta illud pſal. xv. Nec memor ero nominū eoꝝ ꝑ labia mea. ⁊ q̄ hoc nomē. ſ. ſecundū implicat habitudinē. ſ. ad effectus: ideo nō dicit eſſe nomē dei ineternū: ſed in generatōne ⁊ generatōez: qđ denotat ſucceſſionē creaturaꝝ quaꝝ reſpectu dicit adonai vt dictū eſt. Poſſunt etiaz p̄dicta verba aliter expon. Ad qđ ſciendū q̄ p̄dictum nomen tetragrāmaton eſt ꝓforme huic nomini ihs: in quo etiā ſunt quatuor litere. quaꝝ prima et tercia ſunt eedē cuz prima et tercia alterius nois. ſcz. i. ⁊ v. ſecunda vo ⁊ quarta ſunt etiā ꝓsiles in ſcribendo. q̄ vtrobiq̄z ſcribunē cū .ḃ. ſed in legendo eſt differentia. q̄ in ꝓmo noie cū aſpiratōe legunē. in ſecundo vo noie loco aſpiratōis vtriuſq̄ legitur. ſ. qđ pōt eē duplici cā. vna ē q̄ latini nō ita ꝓferūt aſpiratōes nec literas gutturales ſicut hebrei. Talia cā eſt. q̄ cum primū nomen ex literis ſignificantibus eſſe ſeu eēntiā ꝓponiē vt dictū eſt: que quidē litere in latino nō ſignificant eſſentiā: idcirco loco vtriuſq̄ poſite fuerunt due litere. ſ. s. que quidē lr̄a s. dicit in ꝓferendo eē: ⁊ vt ſic redeat in eandē ſniam. vñ de hoc noie dato ipſi xp̄o ꝓprie pōt intelligi illud ad Philipē. ij. Dedit illi nomē qđ eſt ſup oēm nomē. nā iſtud ſolū nomē diuinū inē cetera noia diuina ē incōicabile oibus modis vt dictū eſt: ⁊ iō ꝓprie dī ſup oēm nomē. Fuit aūt hoc nomē datū xp̄o inq̄ſitum eſt verus deus. fuit etiaz huic noi ihs addita in hebreo hec lr̄a ayn. q̄ eſt maxie gutturalis: ⁊ iō nō ꝓferē a latinis: qđ quidē nomē ꝓpriū diuinū cum interpretatione huius litere ſuper addite ſignificat ſaluatōez. vt ſic non ſolū deus ſ etiaz ſaluator nominetur. vnde ⁊ Luc. j. Angelus dixit ad ioſeph. ⁊ vocabis nomē eius ihm. ipſe. n. ſaluū faciet populū ſuū ꝛc. Et q̄ illud nomē diuinū. ſ. primum abſconditū erat eo q̄ nō legebaē a ꝓplo: vt dictū ē. ꝓpter populi imꝑfectōez. nomen vo ſecundū. ſ. ihesus: qđ ē primi nois memoriale ꝓpalandū erat oīb⁹ tempore xp̄i: ſicut ⁊ ipe deus qui in ſe inuiſibilis ē: p incarnatōz erat viſibiliter cognoſcendus. iō ille euāgelicus ꝓphe-

ta Eſa. loquens de aduētu xp̄i. lij. ca. dicit. Propterea cognoſcet ꝑplus meus nomen meū in die illa. quia ego qui loquebar in die illa ecce ego adſum. cui⁹ ſenſus eſt. ſ. ꝓpter hoc populus me⁹ cognoſcet nomē diuinū antea ſibi abſcōditū: ⁊ hoc i die illa. ſ. tpe xp̄i. cui⁹ rōnez reddit dicēs. q̄ ipe de⁹ q̄ loquebaē pri⁹ in ꝓphetis de q̄ dicit. q̄ ego q̄ loquebar: principaliꝝ. p̄ntialiter. ac viſibiliter aſſiſteret: de q̄ dicit ecce adſum. ⁊ q̄ noticia vtriuſq̄ nois p̄dicti erat maxie conſiderabilis iuſtis aduentū xp̄i ſpectantib⁹. iō in ꝑſona tali ū Eſa. xxvi. dicit. Dñe ſuſtinuim⁹ te nomē tuū ⁊ mēoriale tuū in deſiderio aie. q. d. deſideram⁹ noticiā: nō ſolum nois tui. ſ. primi nob aliqualiter ignoti: ſ etiaz mēoriale tui. ſ. memoriale primi nois qđ eſt nomē ihs: vt dictū eſt qđ quidē deſideriū xp̄c adimplens dicit Jo. xvij. Pater manifeſtaui nomē tuū. ⁊ q̄. ad p̄dicti nois vera noticiam preſertim q̄ ad myſteria in eo incluſa ꝓplus rudis non erat capax: idcirco cuz dixiſſet. Hoc nomen mihi eſt ineternū ſtatim ſubdit. Vade ꝗgrega ſenioꝝ iſrl̄: ⁊ dices ad eos. Dñs deus patrum vioꝝ ſ apparuit mihi ꝛc. hoc eſt dicere. licet toti populo hoc nomen ſit intimandū: tñ in ſpeciali hoc habes annunciare ſenioribus qui de hoc melius ꝑñt eruditi. vñ ⁊ de iſtis ſenioꝝ dicit in eodez ꝓtextu paucis interpoſitis. Et audiēt voce tuā. qđ intelligenduz eſt nō ſolum ꝑ obedientiā: ſ etiā intelligendo iuxta illd Luc. viij. Qui habet aures audiēdi audiat. Conſeq̄nter dicit. Deus apparuit mihi. vt in hoc oſtenderē altitudo gradꝰ ꝓphetie ipſi⁹ moyſi: altioꝝ enim gradꝰ ꝓphetie eſt. ſi ille qui loquit videat in ſpecie dei repſentatiua: ꝑm illud Eſa. vi. Vidi dñm ſedentē ꝛc. q̄ ſi videat in ſpecie angeli vel hominis: vt in ſcđa ſcđe. q. clxxiij. articu. iij. in coꝝ. q. Cetera aūt exponantur ſicut in poſtilla.

¶ Replica correctorij ꝓtra burg. delyrantem.

In capitulo tercio Burgen. poſtillatorem redarguit de breui litere expeditōne promittens multa addere. ⁊ implet totum vnum quinternuz: ſed q̄ utilia et vera et ad expoſitōnem litere neceſſaria patebit infra. Primo enim contra poſtillatorem dicentem angelum fuiſſe locutum in perſona dei: ideo aliquando angls aliquando dominus eſt nominatus: inuebitur ꝑter ratōnem dicens deum in propria perſona fuiſſe locutum non per angelum. hoc autem eſt contra beatum Gregoriū et glo. interlinearem ſumpta a beato Gregorio dicentez Angelus qui moyſi deſcribitur apparuiſſe: modo dom⁹ modo angel⁹ memoratur. angelus: quia exterius loquendo ſeruit: dominus quia interius preſidens loquendi efficaciam tribuit. cum enim loquens ab interioꝝ regitur et per obſequium angelus et per inſpiratōez dom⁹ nuncupatur: ſed ⁊ datō legis fiebat per angelos in manu mediatoꝝ. vt dicit apoſtolus ad Galath. iij. vbi litera videtur clarius loqui q̄z in propoſito et ſententia beati Aug. in diuerſis locis eſt q̄ nunq̄ locutus ſit ſenſibiliter creaturis: niſi in ſubjecta creatura. vñ patet q̄ utile ſit burgē. iſta mouiſſe. ¶ Item ſecundum quod mouet Burgē. in hoc capitulo eſt q̄ miratur quare moyſes videns angłm et audiens dominum non legitur adoraſſe. Et reſpondet ſue admiratiōi: q̄ moyſes adeo humilis fuit q̄ eſtimauit ſe ad adorandum indignum. et ponit exemplum de publicano: ſed videtur delyramentum dicere tantā humilitatem alicuius eſſe: vt ſe reputet indignum actiua adoratōne. non enim videtur humilitas ſed fatuitas q̄ quis non ſit dignus benefaccre. ſaltez optimo genere virtutis: que eſt pietas et theoſebia: cuiuſmodi eſt dei adoratio. humilitas enim promouet orationem non diſtrahit nec impedit. quia oratio humiliantis ſe penetrat celos. Eſt eīm dei adoratio oīmbus ꝯmunis ⁊ neceſſaria: iuxta illud. Dñm deū tuum adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies. cui humilitas impedimentuz p̄ſtare nō pōt: pbi. n. virtutū poſuerunt onerionē. et hic burg. ſepat humilitatē a pietate que ad oia valet. vt dī. j. ad Thimo. iij. nec valet exemplū de publicano: que ⁊ euangelium Lu. xviij. et beat⁹ aug. ñ obſtāte būilitate oſtendūt adoraſſe et dixiſſe. deus propici⁹ eſto ꝛc.

ei⁹.n.humilitas solū ad hoc tendebat.q reputabat se indignū leuare oculos in celū:cū hoc tñ stat adoratio p̄cuti endo pectus suū:ita ⁊ moyses in ꝓposito etsi ex humilitate absconderit faciē suā:nō minus adorauit ⁊ coꝛporaliter ⁊ mētaliter vt idem burg.dixit p⁹ p̄dictū velyramentum melius recollectus. Ptez tercīū qđ mouet burg.in hoc capitulo est de signo dato moysi: qđ cū postillatoꝛ duplr exposuisset. Burg.vtraq; expositōez repꝛobat ⁊ ꝓpriaz ponit:primo igit rndendū est suis obiectōibus:scdo sua expositio ptractanda. Impꝛobat aūt primā expositōem ex duobus:primo q moyses nō petebat signum:scdo q moyses fuisset modice fidei si signū petiuisset. Pro solutione vtriusq; notandū:q deus signū dedit sepe nō petentibus:imo aliqū petere nolenti:sicut pꝛ de achaz Esa.vii. Et in hora natiuitatis xpi pastoꝛib⁹ signū nō petentibus dixit angelus. Et hoc erit vobis signū Luc.ii. Moysi igitur nō petēti nec dubitanti ꝙ insufficientiā suā recogꝺscēti dat signū ꝓ sui ꝓfectatōne. Impꝛobat etiā scdaz expositionē ex duobus. Primo q immolatio sup montez illū nō potuit esse signū eductōnis ꝓpli q tempe illius immolationis fuit p̄terita:qm̄ frustra poneret tale signuz. Scdo q nō potuit moysi esse signū future introductionis in terrā ꝓmissam:q ipse eam nō intrauit. Rndeo ad primū q argumentū fundat sup falsa imaginatōne.s.q signuz semp debeat p̄cedere signatū:qđ falsum est.vtz super illo Esa. vii.infra. Pete tibi signū ⁊c. Etiā pōt dici ꝓut catholici expositoꝛes:q immolatio sup montez fuit duplicis effectus dupler signū. Fuit.n.signū remeoꝛatiuuz exitus de egypto.⁊ ꝓnosticū ingressus ad terraz ꝓmissionis: vt sit sensus:hoc bēbis signū ⁊c.q sicut p immolatōez erūt rememoꝛando grati de exitu:ita p fidē erunt certi ꝓnostice de ingressu. Hāc sensum iuuat q dicit infra.xiii.ca. Erit quasi signū in manu tua ⁊ quasi quid appensuz añ oculos tuos:eo q eduxit te dñs in manu forti ⁊c. vbi manifeste patz signū rememoꝛatiuū etsi nō sit ꝓnosticū. Sz q scdo obiecit burgen.q nō fuit moysi signum:q nō introduxit ꝓpm. Rndeo q illa immolatio fuit moysi signum remeoꝛatiuū solū:ꝙ ꝓpo vtroq; modo. etiā fuit moysi signū ꝓnosticū nō ad introducendū:ꝙ ad disponendū ⁊ regendū ꝓpli ingressuz:vtz in Deutro. Quo ad articulū p̄cipalem scdm videri pōt quanth valeat expositio burg.qa ponit duo.primū q moyses erat modice reputatōnis eo q pascebat gregem:scdm q hoc fuit signum de quo ꝺmo q ꝓ eum qui modicus fuit deus voluit magna facere:⁊ nō ꝓ potentes:vt alteri nō imponeret:nisi soli deo nō homi. Sed primū dictum videt falsum.q moyses fuit tam elegans in exoꝛdio natiuitatis vt ꝓ filiā pharaonis adoptaretur.vtz in principio Exo. Fuit etiā tam fortis ⁊ animosus in ꝓgressu:vt egyptiū occideret. ⁊ tam excellēs vt ietro vnus de potioꝛibus sacerdotibus madian ei fugitiuo filiam suā ꝓiugio traderet.nec ꝓbatio burgē. valet q q fuit pastoꝛ gregis:ideo fuit modice reputatōnis: pascere em̄ gregem in veteri lege nō fuit vile officium. ꝙ officium p̄iarchar.iuxta illud Ben.xlvi.et.xlvii. Pastoꝛes ouiuz sumus nos ⁊ patres nostri. Hec scdm dictuz valet. quia cum opa sunt supra humanā facultatem:cuiusmodi fuit eductio filioꝝ isrl: nemo sic desipit qui deo vero vel falso ascribant:nō igit oporttuit fidelibus ob id dare signū vt moyses vel ꝓpls crederet deū illoꝝ mirabiliū auctoꝛez: q facit mirabilia solus. Ptez quarto mouet burgē. cōtra postilla.exponentē nram translatōez que dicit. Suz qui sum.⁊ hebraicā lram q̄ sonat Ero qui ero.dicens vtranq; lram idez impoꝛtare.s.dei necesse ee eternū ⁊ immutabile.⁊ dicit burg.illam expositōez ee ꝓtra rōnez ⁊ intentionem sanctoꝝ. Sz in vtroq; fallit burg.pensando verba postillatoꝛis. vult.n.dicere q ꝓ hoc modus essendi ipsi⁹ dei est necessari⁹.eternus ⁊ immutabilis.q sine distinctōne ⁊ dīa ex parte dei:de deo vere dicit verbū p̄teriti temꝓris:sicut futuri vel p̄ntis.q omes dīe tꝓis eternitati immutabili ⁊ indiuisibili coexistūt. ideo beat⁹ hiero.in sua translatōne posuit p̄ns vere.⁊ hebraica veritas futurive re.⁊ diuinissimus iohannes exprimere volens eternaz et necessariā verbi diuini generatiōez vtit verbo p̄terito dicens. In p̄ncipio erat verbū. Et in apoc.vtit oib⁹ differentiis tꝑm dicens:qui est:qui erat:⁊ qui venturus est.secus ē in creaturis ⁊ mutabilibus:in quibus nihil est nisi p̄ns.⁊ de his ꝓcedit rō burgē. sumpta ex auctoꝛitate beati hiero.⁊ aug.dicentiū: que erūt nondum sunt.q modꝰ loquendi in deo locū nō hz.imo ꝺm verā et ꝓpriaz rōnem nec p̄ns tꝑs de deo dicit.vt per hoc possit dei eternitas ꝓsuaderi.nam sicut futurū nōdum ē:ita p̄ns aliqn nō fuit:⁊ cito nō erit:que ad diui na nō ptinet. Rō igit postillatoꝛis bona ē:q modum essendi dei dixit eternū et immutabilē: q indifferēter omne tempus de deo dr:est:fuit: et erit.nō rōne ꝓpria: ꝙ rōne qua coexistūt eternitati.verius eternitas immutabilis fluxui tꝑis ⁊ omnīb⁹ eius differentiis coexistit Dixit.n.beatus aug.per burgen.allegatus. Esse verissime ꝓpterit deo.q immutabilis ē:⁊ illa que sunt mutabilia ꝓfecte nō seruāt ee. Si igit futurum in deo distinguereť a p̄nti vere mutabil eet:ex opposito.n. p̄dicati inferet oppositū subiecti.q deus est immutabilis:ido in deo nō differt p̄ns a futuro. Et hec fuit intentio postillatoꝛis ꝓiūgent⁹ p̄ns nostre translatōnis futuro hebraice veritatis.eiusdem sme beatus aug.ē.xi.de ciui. dei ca.xxi.dicens. Deus futura p̄terita ⁊ p̄ntia cōprehendit:q⁹is pterita iam nō sint: futura nondū sunt. Si igit in dei scientia ille dīe tꝑm non distinguuntur. igit nec in eius ee̅ntia ⁊ modis ee̅ndi cū dei scientia sit ei⁹ essentia ⁊ ecōuerso. Et nota q in hoc loco burg.recedit a sancto Tho.cuius dicta oīa in suo ꝓlogo visus est verificare. Ptez in quinto mouet burg.cōtra postilla.imponēs ei cum dr. Dixitq; iterū dñs. postillatoꝛ exponit ly iteruz de querentib⁹:ꝙ ꝓsiderando ea q̄ ꝓmisit postillatoꝛ manifestū erit q ei burg.falsū imponit:p̄dixerat.n.q moyses bic duo fecit:quesiuit cūm de nomie mittentis exp̄sse.scdo de ꝓditione mittentis tacite:⁊ qđ dñs ad secundū ꝓio rndit ꝺm hebraicā translatōnem dicens. Ero qui ero.ꝺm nr̄am translationem:sum qui sum. ꝓ que ad qōnez exp̄sse de nomine querentē nō est rn̄sum.q ꝓ illā rn̄sionez nullū nomen dei significat:vt etiā ipse burg.fatet ꝓtra sanctū tho. significat tñ ꝓditio ⁊ modus essendi q̄ est eternitas ⁊ immutabilitas: ꝓut in p̄cedenti puncto exposita est. Sz ad exp̄ssam qōnem querentem de noie rndet secūdo cum dr. Dixitq; iterū dñs. vt ly itez referat ad secundā rn̄sionē.que respicit qōnem exp̄ssam pri⁹ factā nō repetitam:vt fingit burg.ꝺ postilla. Ptem sexto mouet burg.ptra postillatoꝛem quasi diminute se habuerit circa nomen diuinū:qđ nō est modice attentionis.mouet igit de illo noie duodecim qōnes.de quib⁹ magnū facit tractatū ad expositōez littere modicū faciente.vt patet in eaz ptractatōe.postillatoꝛ aūt plane expositioni lre intendens hmōi questiones ⁊ inquisitoꝛes earuz ad libz beati Dyoni.de dī.no.⁊ alios remittit:est em̄ sui ꝓpositi non tractatus scribere:ꝙ breuiter lre immoꝛari.

Prima igitur questio burgn̄.est. Suppositio q nomen de quo hic sermo sit tetragrammaton queritur quomodo hoc nomen scribatur et ꝓnunciet̄r. Et respondendo dicit q scribitur quatuoꝛ litteris:et ideo dicitur tetragrammaton a tetra qđ est quatuoꝛ:⁊ gramma litera. Transeat hoc oꝛ satis vulgatum: sed ex hoc non habetur lr̄alis sensus. quia nō exponit illud nomen significatiue:sed tm̄ materialiter vt scriptum: et ita hoc nomen deus scribitur quatuor literis: ⁊ sic pōt dici eadē rōne tetragrāmaton. Et infra in eadez digressione dic ꝙ nomē tetragrāmatō nō ee trāsferibile nec exponibile. Sz manifestū ē ꝙ falsuz ee si vnisoꝛmiter accipitur sicut hic.s. materialiter.qa burg.ipsem et exponit dicēs. Tetragrāmaton dr a tetra qđ est qtuoꝛ:⁊ grāma lra.i. nomē scriptū quatuoꝛ lr̄is.⁊ cum omnes litere hebraice sint significatiue vt dicit ꝓmuniter:ipm nomē ꝺm oēs ptes suas pōt exponi: nisi dicat q ꝗuis componentia possint exponi

nō tñ ꝓpositū: ⁊ sic optz eū ꝓcedere ꝓpositū dicere ter ciam entitatē distinctā a suis ptib⁹ q̄ q̄uis verū sit: ē tñ ꝓtra suū mgr̄m. l. sanctū Tbomā.

Secunda qō est. vtrum tetragrammaton signi ficet verū deū: ⁊ rñdet q̄ sic. ꝫ mirū dictꝰ vide tur ꝑm ipm burg. illud nomen scribit q̄tuor lit teris q̄ apud latinos. sunt. i. b. b. b. q̄ nullū sonū buma na lingua formabilē faciunt igit ab boie ꝓferri nō po test: ⁊ si sic bō nō pōt habere in aio vocis ꝓceptum. q̄ vox nō est formabilis quid igit pōt apud burg. signifi care: nisi materialiter vt dixit in ꝓima q̄one. Nec p bat ꝓpositum suum ꝓboc q̄ allegat ex lr̄a: boc nomen est mihi ineternū. q̄ boc dr̄ deus patrum nr̄oꝝ abrahā. ysaac ⁊ iacob. vbi loquit de boc toto ꝓplexo qđ videt satis exponibile ⁊ transferibile.

d Si tria ista non fecerit. que predicta sunt. s. q non accepit eam vxorem non de concubina: sed de ancilla: nec filio suo: nec iuuit ad eius redemptionem mō predicto.

e Egredient gratis. non solum anno septimo remissiōis sed etiam ante si in ea appareant signa pubertatis. q̄ sunt ortus pilorum & mēstruoz: quia tunc est apta ad cōcipiēdum et sic patet quod predictum est: scilicet q puelle habebant plures vias exeundi de seruitute q̄ masculi. q̄ solum exibant anno septimo remissionis.

f Qui percusserit cē. Hic consequenter regulatur irascibilis in lesionibus que bñt rōem vindicatiui: et primo in psona sua. secundo in re ab eo possessa: ibi. Si bos cornu pcusserit. Circa primū dicit.

f Qui pcusserit hominē volens occidere. Hic accipit p cussio p occisione. qz si nō occideret pcutiendo quantumcunq; vellet occidere: non pter hoc puniret morte: & alia pena. vnde in hebreo habet. Percutiens hominē & moritur. s. percussus. g Morte morietur. s. pcutiēs: sed li volens in posito nostre translationis: determinat modum pcutiendi. cum. s. sit a posito & non a casu: pter quod de casuali subditur. h Qui aūt non est insidiatus. s. querens mortem percussi: quia erat amicus eius.

i Sed deus illum tradidit in manus eius. i. ex causa nobis occulta deus permisit euz interfici casualiter: est omino preter intentionem occidentis.

i Constituā tibi locū quo fugere debeat. ne interficiatur ab amicis occisi: & ibi manere debebit vsqz ad mortē sūmi

pontificis. Ad hoc aũt fuerunt ordinate ciuitatẽs refugij vt hĩ Josue.xx. k Si ꝗs p industriã occiderit. p hoc excludunt̃ a pena sequenti pueri ⁊ amentes: qui nõ habent industriã. l Proximũ suũ. i. iudeum ꝙ est de lege sua: ⁊ iõ de iudeo occidente gentilez nõ intelligitur lex ista vt dicat Ra. sa.

m Et p insidias. p hoc excludũt̃ illi qui occidũt lz bonũ intendãt sicut mgr verberãdo discipulũ: ⁊ pater filium ⁊ medicus medicando infirmũ.

n Auelles eũ ab altari meo vt moriatur. etiã si fuerit sacerdos: vt dicit ra. sa. nisi incepit officium ministrandi in altari: in ꝙ casu eãt expectandũ cõplementũ ministerij ꝙ pacto trahebat̃ ad mortẽ. ꝓpter reuerentiã em̃ sacri loci erat ibi refugiũ i aliquib⁹ casibus: inter quos erat homicidiuz gentilis vt dictuz est: ꝫ nõ iudei. ꝓpter qđ Joab ibi confugiens nõ eua sit mortem: quia p industriam ⁊ insidias interfecerat duos iudeos. s. abner ⁊ amasam. vt habetur .iij. Reg. ij. ca. o Qui percusserit pat. su. aut ma. ⁊c. ſm doctores nostros ⁊ hebraicos nõ intelligit̃ de percussione leui: qz ꝓter ipam filius non debebat mori: ꝫ aliter puniri. vñ dicat rabi sa. ꝙ nisi ex percussiõe fiat effusio sanguinis: vel liuor nõ incurrit̃ pena mortis. intelligit̃ etiã de percutiente a ꝓposito nõ a casu: nec etiam ex ioco.

q Qui fu. fue. bo. ⁊ ven. eũ. ita ꝙ ad incurrendũ penam mortis vtrunqz requiritur. s. furtum ⁊ venditio. ſm expositores nostros. qz si inueniat̃ anteqz vẽdiderit. pena furis est vt reddat duos homines ad seruiendum: vt dicunt. et hoc nõ accipiunt de loco isto ꝫ de hoc qđ hi cap. sequenti. vbi dicit̃ ꝙ p furto aliarũ rerũ restituit̃ duplum: et sic cõcludunt hic a simili. Ra. sa. dicit: ꝙ etiã p solo furto bois incurrit̃ pena mortis: et hoc trahit aliqualiter ex textu qz vbi translatio nostra dicit sic. Qui furat⁹ fuerit ⁊ vẽdiderit eum ꝙictus nocte morte moriat̃. In hebreo habetur sic: Fur hominis ⁊ vendens euz ⁊ inuentus in manu ei⁹ morte moriatur. dicit enim ꝙ li inuentus in manu ei⁹ ad vtrunqz referẽt. s. ad furem: ⁊ tunc est sensus. si est inuent⁹ p testes ꝯ eum ꝙ furatus fuerit ⁊ vendiderit morte moriatur. ⁊ ad boiem furto sublatum. ⁊ tunc est sensus. ⁊ homo furto sublatus si inuentus fuerit in manu furis. i. apud eũ: non vendit⁹ adhuc: morte moriat̃. s. fur ille. Rõ b⁹ dicti est. qz homo est ad imaginẽ dei factus: ⁊ iõ ratõne tãte dignitatis ꝓ eius furto imponit̃ pena mortis: ⁊ hoc videtur rõnabilius ſm intentionẽ legis. p Qui maledixerit ⁊c. ista pena nõ incurrit̃ p vno solo maledicto: qz p percussione leui patris vel matris nõ incurrit̃ pena mortis: vt ꝓdictũ ẽ: ⁊ tñ percussio est qđ gui⁹ cꝫ maledictũ: ꝫ assuefactio ad maledicendũ meretur penam predictam.

r Si rixati fu. vi. ⁊ percuss. al. pr. su. ⁊ il. mor. nõ fue. statim la. t Si surrexerit ⁊ am. fo. sup ba. suũ. ita ꝙ nõ est adnocens erit. s. a pena mortis. v Interim moriat̃: etiã anteqz sit perfecte curatus. ita dicũt expositores nri ⁊ assignãt duplicẽ cãm. Una ẽ ex parte percutiẽtis: quia dicit̃ qui percusserit lapide vel pugno: nõ dicit gladio: ex quo videt̃ ꝙ nõ habebat intentionẽ interficiendi eũ: qz nõ attulit secum arma: ⁊ sic diminuet̃ pena de grauitate facti. Alia ẽ ex parte percussi: qz ex quo tãtũ dauit ꝙ potuit cũ baculo ambulare: nõ est certũ ꝙ mortuus fuerit ex percussiõe imo magis probabile ẽ ꝙ mortuus fuerit ex negligẽtia custodiendi se vel alia occasione ꝫ tñ impedimentum suoz operz ⁊ expensas i medicos ipe soluet nec ad plus tenet̃. etiã si moriatur modo predicto. Ra. sa. dicit ꝙ detinend⁹ est percussor a iudicib⁹ quousqz videat̃ si percuss⁹ moriat̃: qz si moritur aĩaz sit restitut⁹ perfecte sanitati percussor debet mori: ⁊ qđ videt̃ cẽ ꝯ boc. ꝙa dicit. Si surrexerit et ambulauerit sup baculũ suuz innocens erit. s. percussor ipe exponit dicens: ꝙ ẽ locutio metaphorica: ita ꝙ per baculũ cui homo innititur plena sanitas ⁊ fortitudo intelligit̃: sicut dicitur Ezech̃. xxx. ca. Conteram baculũ panis ⁊c id est fulcimentũ virtutis. Et similis modus loquendi sz metaphoricus est in lege ſm ipm in pluribus alijs locis: que ⁊ tunc exponentur quando erimus ibi domino cõcedente: ⁊ tunc percussor nõ est ꝺdemnandus nisi ad opa percussi ⁊ expensas in medicos.

y Qui percusserit seruũ suũ vel ancillã. ista lex loquitur de seruo vel ancilla gentilibus: et multo fortius in tali casu incurrit̃ pena mortis p interfectõne serui hebrei vel ancille. z Si autẽ vno die vel duob⁹. sup. nõ subiacebit pene. ipe percussor. a Quia pecunia illius ẽ. s. ipe seruus. Ex quo patet ꝙ loquit̃ tñ in hoc casu de seruo gentili: qz cum sit seruus simpliciter: et emptus ad seruiendũ semper: est pecunia domini sui hebrei: nõ sic qũt seruus hebreus: qui magis est mercennari⁹ cꝫ seruus: vt ꝓdictũ ẽ: ⁊ iõ occisioni serui hebrei debet pena mortis sicut alioz. b Si ri. fue. vi. ⁊ p. ꝗs mul. pregnantem. intendens percutere maritum eius.

c Et abortiuũ fecerit. Abortiuũ ꝓprie dr̃ ſm hebreos fetus ꝯceptus ante animationez destructus.

d Sz ipa vi. sbia. dã. quãtũ ma. mu. expe. hoc nõ est intelligendum ꝙ hoc sit taxandum ad voluntatẽ eius ꝫ ꝙ eius rationes audiende sunt a iudicibus ⁊ ſm allegata hinc et inde taxabunt. e Si aũt mors fuerit ei subsecuta. s. mors mulieris vel pueri iam animati: ⁊ possit hoc ꝓbari cũ ia sit in specie humana.

f Reddet aiam p aia. i. morietur. Aliqui vo docto. hebrei dicũt ꝙ nõ p hoc intelligit̃ pena mortis: eo ꝙ nõ intendebat percutere mulierẽ: vel fetum eius animatuz interficere: ꝫ solũ incurret penã pecunie ſm taxationẽ iudicũ. Sed hoc videt̃ irrõnabiliter dictũ: cũ vroz sit vna caro cũ viro quem intendebat percutere: ⁊ ideo prima expositio videtur melioz ꝙ intelligit̃ pena mortis cum dicitur: Reddet animã p anima. g Oculum p oculo. Postqꝫ egit de pena occisionis: hic agit de pena mutilationis ⁊ alterius lesionis: qz si aliquis erua

oculū ptimi sui dz erui oculus eius ⁊ ita de alijs mutilationib⁹:⁊ nō solū de mutilationib⁹ sed etiā lesiōib⁹ corporalib⁹:iō sbdit. b Vuln⁹ p vulnere.⁊ ē vuln⁹ pcussio cū effusiōe sanguis. Liuor aūt qñ sanguis nō effundit:sed intra cutē tenigrat.⁊ idē intelligēdū ē de alijs lesionib⁹ silib⁹ p dictū q acto: dz silr ledi:ita exponūt doc.nri. Rabi sa.dicit q erueti oculū alterius nō ē eruēdus ocls:vt videt sonare verba legis:sed pcū sm taxationē iudicū ē sibi imponenduz ⁊ eodē mō de alijs lesionib⁹. Josephꝰ autē dicit medio mō. s. q eruendus est oculus eius si exoculat⁹ ab ipo voluerit:sed si magis vult habere pecuniam recipiat sm taxationē iudicū. i Si pcuss.q̄s.ocul. serui sui aut anci.⁊ lu.cos fece.i. ineptos ad videndū k Dimittet eos liberos.⁊ intelligit ista lex de seruo gentili et ancilla.qz si mutilaret seruū bebreuz vel ancillā:incurreret penaz talionis p̄dictā. dicit aūt hic Ra.sa.q ista sunt membra ex quoz mutilatione seruus gentilis debebat exire liber:decem digiti manuū.⁊ decē pedū:oculos:aures:nasus:virga viril.⁊ dentes:sic intelligendo q p vno dente vel digito exibat liber. l Si bos &c. Hic pōr ponūt lesiones puniende p re possessa:cū dr. l Si bos cor.p. vi. aut mu.⁊ mor.fue.la.obruet.nō qz bestū aial peccare posset:sed pter horrorē facti:⁊ qz esset horribilis detero ad videndū inter boies. m Et nō comedent carnes eius.nō solū a iudeis qui nō poterāt comedere animal interfectū totaliter:sed nec a gentilib⁹ quib⁹ nō poterat vendi:sed dimittebant putrefieri:tū pter horrorem facti:tū qz p hoc damnificabat dñs bouis ad cautelā sui ⁊ alioz circa aialia sua piculosa.

n Dñs quoq bouis innocens erit.s.ab alia pena sibi imponenda. o Or si bos cornupeta fuerit ab heri ⁊ nudiustercius.ita q nō solū semel sed bis ad minus visus fuisset impetere cornibus:vt dicit Ra.sa.

p Et protestati sunt dñm eius.i.illi q viderūt dixerūt dño bouis. q Nec reduserit.ad dictū testiū.

r Occideritq vi.aut mu.⁊ bos la.obruet.sicut tā dictū est. s Et dñm illius occidēt.qz fuit in culpa.eo q neglexit recludere bouē suū. t Or si precium fuerit ei impositū.in hoc ei odescēdebat: q si amici mortui vellent accipere preciū p morte amici sui: p hoc poterat euadere mortem:sed si fecisset manu ppria nō poterat sic euadere mortē:qz maior erat culpa ⁊ sibi plus imputanda. Dicit aūt hic ra.sa.q cū dicit hic. Si p̄cū ei fuerit impositū &c.hic tenet li si p qz.sic.n.debebat fieri:nec poterat sibi denegari:cū posset se redimere p p̄cū si haberet vel p venditionē sue psone si nō haberet

v Filiū q̄z ⁊ filiā.quantūcūq sint parvuli.

x Si cornu p.si.seu.sbia cebit.in casu p̄dicto. y Si seruū an.inuā.&c. Intelligit aūt ista lex de seruo gentili q̄ est pecunia dñi sui vt p̄dictū est.qz si interfecerit seruū hebreū vel ancillā esset sīlia eadem sicut de alijs hebreis.

z Bos vo lapidibus oppmet. pter horrorē homicidij qd est horrendū etiā in gentilib⁹. Dicit aūt hic Ra. sal.q illud qd̄ dictuz ē de impetitione bouis cū cornu intelligendū est etiā si p recalcitrationē vel morsum ⁊ psimilia infecerit:sed scriptura solū exprimit illud qd̄ cōius accidit.s. q interficiat eū cornibus.dicit etiā q idē est intelligendū de alijs animalibus domestic si interficiant.

a Si quis aperuerit cisternā.i.discooperuit cisternā prius factā. b Et foderit.ipam pfundando vel aliaz de nouo fodiendo.

c Et non operuerit eā.nō reponēdo operculuz in cisterna quā discooperat: ⁊ nō faciendo operculū i ea quā de nouo foderat. d Ce ciderit q̄z bos aut asinus in eaz.reddet dñs cisterne precū iumētoz. Et dicit Rab.Sa.q ista lex est intelligenda de fouea facta in loco vbi cōiter vadunt boies vel animalia:non aūt de illa vbi non solet esse talis accessus.

e Quod aūt mortuū est:ipsius erit.s.dñi cisterne. Dicit tñ Ra.sa.q si p aliū foderit imponendū est fossori.⁊ qd̄ dictum est de boue ⁊ asino cadente in foueā intelligēdū etiā est de alijs aialibus.

f Si bos ali.bo.al.vul.&c. Dicit Ra.Sa.q lex ista intelligenda est de bobus equalib⁹ in valore:aliter cū dñs bouis interficientis aliū reportaret inde lucrū aliqñ:qd̄ essz ptra rōnē:verbigratia:si coriuz ⁊ carnes bouis interfecti valerent sex libras:qz licet iudeis esset illicitum comedere carnes illas:poterant tñ eas vendere gentilibus ad comedendū quibus nō erant pbibite:⁊ bos interficiens valeret duas:si vterq dñs haberet medietatem vtriusq p̄cū:sequeret q ille cuius bos valebat solū duas libras reportaret quatuor:sed quando boues sunt equales:medietas damni quod accidit ex occisione bouis eo q min⁹ valet mortuus q̄z viuus:ponit sup vnū:⁊ alia medietas super alū:verbi gratia. Si bos occidens valebat sex libras sed occisus ser dum viueret:sed mortuus valet tm quor:divisо vtroq precio quilibet reportabit quinq libras.⁊ sic damnū duarū librarū qd̄ accidit dividit p eqlia sup vtrū q̄z.Ex hoc aūt habet regula q̄d agendū sit quando boues sunt inequales:qz respiciendū est ad damnū qd̄ accidit et medietas damni dz poni sup vnū ⁊ alia medietas sup alterū:ceteri nō mutatis. g Si aūt sciebat.s.dñs bouis occidentis. Or cornupeta esset &c.sequitur.

h Reddet bouē p boue.i. valorē bouis occisi dum adhuc erat vivus.

i Et cadauer integrū accipiet ad faciēdū vtilitatē suaz.

In capitulo.xxj. vbi dicitur in postilla. Qui maledixerit patri suo.

Additio.

Licet pcussio simpliciter ꝑsiderata sit grauior ꝙ̄ benedictio: tñ ꝑm bernardos maledicēti patrē debetur maior pena ꝓpter duo. Primū q̄ facili⁹ cōmittit̄ & iō dur⁹ ꝓcedit̄: sicut ꝓtingit in alijs legalib⁹ punitiōib⁹ q̄ illa que frequenti⁹ veniūt ip̄ vsum acrius puniunt̄. vñ dicūt legiste: q̄ grauissantib⁹ multū op⁹ ē exemplo. Scdm ē q̄ in maledictione assumit̄ nomē dei. Maledicere. n. cōiter intelligit̄ ille q̄ malū imprecat̄ alicui a deo iusta illō iiij. Reg. ij. ca. de ieroboam. Maledixit eis in noīe dñi. qđ etiā gētiles obseruabāt. s. maledicere in noīe deoꝝ suorū: vt ꝑz. j. Regum xvij. c. ō Golia maledicente dauid in noīe dei sui. & iō aggrauat̄ pctm̄ eius: in q̄ntum nō solum offendit patrez vel matrem: sed etiam deum cuius nomen in hoc peccato assumit. vnde ꝑm ipsos acriori morte punit̄ maledicēs patrē q̄ ꝓcutiens: put Ra. moy. gerūden. ista large tractat in sua expōne. illud aūt qđ ꝓsupposuit postilla. q̄ maledicens nō intelligit̄ nisi assuefaciens maledictionem' nō video vbi habeat fundamentum.

Replica correctorij ꝓtra Burg.

In ca. xxj. vbi postillator exponit illud. Qui male dixerit pri &c. dicens intelligi debere de assuefactione cū cīm ꝓcussio sit grauior q̄ maledictio: homines tñ q̄ sunt ꝓniores ad maledicendū q̄ ꝓcutiendū parentes: ideo pena tamgrauis imponit̄. Sz burg. volens notare postil. dicit q̄ huius dicti nō videt fundamentū: & tñ ipemet ponit allegans ad id leges ciuiles dicens: q̄ illa q̄ frequenter veniūt in vsuz artius puniunt̄ &c. Oportz. n. restringi ea ad que homines magis sunt inclinati: vt ꝓbat postillator infra. xxij. ca. de restitutione quinq̄ boū ꝓ vno. & quatuor ouiū ꝓ vna. & de nō nocendo viduc & pupillo. Inde burg. videre potuit vñ postillator fundamentū sic dicendi sumpsit. Sz rō aggrauationis quā ponit b burgen. modice apparentie est. nō em̄ maledictiones sem per fiunt in noīe dñi exempla que burg. ponit illa sunt de aduersarijs nō inter ꝓximum & penitentem. nā in glo. interlineari sup verbo maledixerit: dr blasphemādo ꝓdicendo verbo vel facto &c. que oia vt frequenter nō fiunt cum inuocatione noīs dñi: sed potius spūs maligni.

Capitulū. xxij.

Si quis furatus fuerit. Hic ꝓnr ordinat̄ ꝓcupiscibilis. & primo in cōcupia rei vtilis. secdo rei delectabilis. ibi. Si seduxerit q̄s virginē. Circa primū ꝑmit̄ primo illicita ꝓtractatio rei aliene sibi cōmisse sibi nō cōmisse. secdo rei sibi ꝓmisse: ibi. Si quis ꝓmēdauerit. Circa primū dr. a Si quis fu. fue. bo. aut ouē: & ve. vel occi. Istis duob⁹ ꝓcurrentibus. s. furto cū venditione: vel furto cū occiosione. b Quinq̄ boues ꝓ vno bo. restituet &c. Querit̄ hic quare ꝑcipit̄ tāta restitutio cū in alijs rebus sufficiat reddere duplū: Ad qđ rñdet quedaz glo. sup locū istū: q̄ boc est ꝓpter quinq̄ vtilitates bouis. scilz q̄ immolat̄ deo. arat terrā: pascitur de carnibus suis: dat lac: & coriū ad plures necessitates valet: & ꝓpter quatuor vtilitates ouis: q̄ immolat̄: vestit de lana sua. pascit de carne suis.: & lac ministrat: sed bec ratio nō videt̄ multū nas. & pecuniā inde fiendaz. & ad vasa ꝓ ministerio. & ad alia ꝓ ornatu. & sic de multis alijs: & iō aliter dicendum Quiuis enim aliqua peccata grauius nō solū ꝓpter maiorem peccati gravitatē: & ꝓpter ꝓnitatē reprimendaz ne boies nimis ad talia se laxaret. Res aūt q̄ in domo custodiunt̄ vt aurum & argentuz & silia: nō ita de facili furto ꝑnt subtrahi: sicut oues q̄ pascūtur in campis et q̄ facilitas accipiendi rem alienā inducit ad cōmissionē furti. iō ꝓ furto ouis imponūtur quatuor restituende: q̄ facilius pōt subtrahi furto q̄ alie res que seruant̄ in domo. & quinq̄ boues ꝓ vno boue: q̄ adhuc difficilius custodiunt̄. q̄ nō ita gregatim & simul tenēt̄ in pastu sicut oues. Dicit autē Josephus: q̄ idē est iudiciū de alijs animalibus domesticis: que pascūt̄ i cāpis: sicut capre & cōsimilia. q̄ ꝑm maiorē & minorē difficultatē custodiendi reducunt̄ ad legē bouis & ouis sed illud scriptura soluz exprimit qđ cōius accidit. s. de bobus & ouibus. Si autē apud furē fuisset inuētū alal ante q̄z vendidisset vel occidisset: nō restituebat nisi duplū: sicut in alijs rebus: q̄ ꝑsumebatur q̄ erat inclinatus ad reddendū: ex quo nō vendiderat vel occiderat. Si effringēs fur &c. siue suffo &c. sequit̄

c Percussor nō est reus sanguinis. q̄ ꝓsumptio est furem q̄ nō solū veniebat ad furandū sed etiā ad occidendū: si inueniret resistentiam: & iō erat debitor mortis.

d Si aūt orto sole hoc fecerit. Hic accipiunt doct. in ortū solis ad ira̅m dicētes: q̄ pena mortis ꝓcussori imponit̄: q̄ die clara poterat videre q̄ fur non veniebat ad occidendū: sed tm̄ ad furandum: et sic dicunt q̄ lex immediate ꝓcedens intelligit̄ tm̄ de fure nocturno. & hoc nō videt̄ sufficienter dictū: quia nō solū de nocte: sed etiā de die veniūt insidiosi boies ad occidendum: sicut ꝑz de latronibus q̄ interfecerunt Isboseth. ij. Regum. iiij. ca. Et ꝓsimile frequenter inuenitur: & iō dicit Ra. sa. q̄ lex ista nō solū intelligit̄ de fure nocturno: sed etiam diurno dum tm̄ possit haberi suspicio q̄ veniret ad occidendū: & iō q̄n subdit̄. Si aūt orto sole hoc fecerit &c. qđ vr esse ad ꝓpriuz: dicit q̄ hec locutio est metaphorica: & est sensus. Si clarū sit sicut dies est clara: q̄ ille veniebat nō ad occidendū vtpote si sit pater domini domus: vel frater vel amicus eius qđ luce clarius ē q̄ nō venit ad occidendū eū: & solū ad furādū ꝓ indigentia sua supplenda: in tali casu ꝓcussor est reus homicidij & dz mori.

e Si nō ha. qđ ꝓ fur. red. ipe &c. nūdabit̄. Hoc refert̄ ad legem suprapositā de eo q̄ furatus est ouē vel bouē & occidit cū hoc vel vendidit: q̄ si nō hz vnde restituat q̄nq̄ boues vel q̄tuor oues dz vendi: vt de ꝑcio eius fiat dicta restō.

f Si inuētum &c. nō tenet̄ reddere nisi duplū: q̄ pōt haberi aliq̄ ꝓsumptio q̄ vellet restituere. ex quo reseruabat apud se: vt dr hic.

g Siue bos: siue ouis siue asinus. ex q̄ em̄ hic ponit̄ asin⁹ sil'cū oue & boue: patet veruz: qđ suprā dictū est. s. q̄ idē iudiciū est de furto alioꝝ animaliū pascētiū in cāpis: sicut de boue & oue q̄tū ad restōnē furti.

h Si leserit q̄spiā agrū vel vineā. Oculcando cū quadriga vel pedibus animaliū suoꝝ ibi transeuntiuz: vel alio modo.

i Et dimiserit iumentū suū & depascat aliena. de optimo fructu q̄ erat in agro suo restituet dānū ꝑm estimationē iustā. & dr de optimo vt ꝓ hoc ipi & alij corrigant̄ a talibus. et quod dictum est hic de agro et vinea intelligendū est siīter de olineto & horto & simili-

bus:si fiat ibi dānū. k Si egressus ignis. etiā pter intentionē accendentis ipm. Inuenerit spicas ꝛc. sequitur. l Reddet dam.q ignē succē. qz nō custodiuit ignē suū sicut debuit:ꝛ iō si nō esset aliq negligentia in eo de custodia ignis:vī q nō teneret restituere:si etiaz aliqđ aial vt catt⁹ vel bmōi portaret ignē nō teneť restituč dānū sequēs:qz dicit hic. Si egressus ignis.s.a seipō. m Si ꝙs cōmendauerit. Hic reprimit cōtrectatio indebita rei aliene sibi commisse:nec aūt ꝓmissio fit q̄ drupliciter.vno mō p modū depositi de quo dicit hic. q si fuerit ablatū furto fur reddat duplū si inueniať: et si non inueniť custos depositi: erit liber p iuramentū suū q nō cōmisit fraudez in illo depósito. si tñ deponēs habeat testes q ipe prioz auit in eaz. n Ad deos.id est iudices.

o Peruenier. et si testes inueniañ veri: iudices eū ꝯdemnabunt ad restituēdum duplum.et eadē ratōne si testes inuenti sunt falsi:cogendi sunt ad restituendum duplum ipsi depositario. Scđo ꝓmittit res aliena ad custodiendū p mercede vt animal pastori:ꝛ de hoc loquitur cū dicit. Si ꝙs cōmēdauerit ꝓri.suo bo.ꝛc.

p Et mortuū fu.aut de.vel cap.ab hoſ.nullusq̄ hoc viderit.q̄ possit testificari p custode erit liber a restitutione p iuramētū suū:q nō fecit ibi fraudē vel negligētiā. Cui⁹rō est:qz nō poterāt p̄cauere morti vel debilitationi:qz ptingunt ex cā naturali:ꝛ silr captioni hostium nō poterat resistere. Qz si fur.abla.fu.res.dam.domino.cui⁹rō ē:qz p custodia hz mercedē: ꝛ iō dz restituere qđ ablatū est furto:ꝛ nō est liber p suū iuramētum sicut depositarius q̄ gratis seruabat. r Si comest. a bes.dese.s.ipse custos. s Ad eū.s.ad dñm.

t Qđ occisum est. In hebreo habeť: Adducet testimoniū.ꝛ hoc poterat esse dupliciter.vno mō qz afferebat cadauer aialis occisi:vel aliquā ptē ei⁹:alio mō q adducet boies q̄ vidissent in casu in quo nihil poterat eruere de animali occiso de ore bestie occidētis. Dicit tñ hic ra.sa.q si esset occisum ab aiali paruo:cui custos poterat resistere:vt a catto vel vulpe vel bmōi:tenebať restituere:nec valebat sibi testimoniū. Si aūt a leone vel serpente vel bmōi sibi valebat.et si esset in loco deserto:vbi nō poterat habere testimoniū hoim debebat eē liber p iuramentū suū:nisi in discretiōe sua posuisset gregē in tali loco piculoso sine ꝓsensu dñi. Certum mō poterat fieri cōmissio p modū mutui.ꝛ hoc loq̄tur cū dī. v Qui ꝓri.suo q̄cq̄ bo.mu.po.s.aial aliquod ad opus illius q̄ accepit.

tes segetes in agris:[l]reddet damnū q̄ ignē succenderit. [m]Si ꝙs cōmēdauerit amico pecuniā aut vas in custodiā ꝛ ab eo q̄ susceperat furto ablata fuerit: si inuenit fur duplū reddet. Si latet fur: dñs domus applicabit ad deos ꝛ iurabit q nō extēderit manū in rē primi sui: ad ppetrandā fraudē tā in boue q̄ in asino ꝛ oue ac veste mēto:ꝛ q̄cq̄d damnū iferre pōt. [n]Ad deos vtriusq̄ cā [o]pueniet: ꝛ si illi iudicauerint:duplū restituet primo suo. Si ꝙs cōmēdauerit primo suo bouē: asinū: ouē ꝛ oñe iumentū ad custodiaz [p] ꝛ mortuū fuerit:aut debilitatū vel captū ab hostibus nulluſq̄ ꝺ viderit:iusiurādū erit in medio q nō extēderit manū ad rē primi sui suscipietq̄ dñs iuramētū ꝛ ille reddere nō coget. [q]Qz si furto ablatū fuerit restituet damnū dño. [r]Si comestū a bestia: deferat [s]ad eaz [t]qđ occisum est:ꝛ non restituet. [u]Qui a primo suo q̄cq̄ hoꝛz mutuo postulauerit [x]et debilitatū aut mortuuz fuerit [y]dño nō p̄sente: reddere cōpelleť. [z]Qz si impresentiarū dominus fuerit: [a]non restituet:maxime si conductū venerat p mercede operis sui. [b]Si seduxerit ꝙs virginē necdū desponsatā:dormieritq̄ cū ea: [c]dotabit eā: [d]et habebit eā vxorē. [e]Si pater virginis dare noluerit: [f]reddet pecuniam [g]iuxta modū dotis quam virgines accipere consueuerunt. [h]Maleficos non patieris viuere. [i]Qui coierit cum iumento morte moriatur. [k]Qui immolat dīs occideť [l]p̄ter dominū soli. [m]Aduenā nō contristabis:neq̄ affliges eaz.

[n] Et debilitatū aut mortuū fuerit. restituet dānū. Cui⁹ rō est:qz tota vtilitas aialis in illo ope erat sua. [o] Dño nō p̄nte.hoc addit ad excipiēdū casuz istū.s. si dñs aialis esset p̄ns in ope illo ad custodiā aialis sui. Quarto modo fit cōmissio rei alteri tradite p locatōnē:ꝛ tūc minus tenetur de custodia aialis ille cui locať: qz locās siue ꝓmittēs reportat mercedez aialis.ꝛ iō nō tenetur ad restōnē mortui.vel debilitati.nisi fecisset illud aial nimis laborare: et hoc est qđ dicit.

a Qz si impsentiarū dñs.s.aialis fuerit. b Nō restituet. qz dñs aialis potat videre si aial nimis grauareť et poterat impedire.

c Si seduxerit ꝙs Hic ꝓnter reprimit ꝓcupia inordinata circa delectabile carnis:ꝛ primo q̄ ē fm naturā cū dicit

c Si seduxerit ꝙs virginē. verbis vel donis inducēdo eā in consensū copule carnalis. a Dotabit eaz.s.dote vxoris.vñ subdit.

b Et habebit eaz vxorē.ꝛ hoc exprimit:qz alius ē modus dotandi:vt statim subdit.

c Si pater virginis dare noluerit. qz puella ē nobilio ꝛ ditior. vel alia de

cā. d Reddet pecuniā.s.ille qui decepit eam.

e Iuxta modū dotis ꝛc.ꝛ est.l.siclo argenti. vt habeť Deut.xxij.ca.de virgine corrupta ab aliquo anteqū sit alicui affidata:ita q̄ dupliciter est ibi dos vna q̄ dať vxori: alia q̄ dať pri. f Maleficos nō pati. viuere.in hebreo hī. Sortilegā nō patieris viuere.ꝛ ly exprimat mulierem tm̄ tñ intelligit de boie sortilego:sicut exprimit translatio nra:ꝙ scriptura exprimit illud qđ cōius accidit.s.q̄ mulieres sunt sort.lege.Ex hoc etiā ptz:q cū dr. Maleficos ꝛc. intelligit spāliter de maleficio qđ ꝓsistit in sortilegijs.ponit aūt ista lex inter eas que reprimūt cōcupiaz carnalem. qz sortilegia frequenter fiūt in bis q̄ ptinēt ad actū carnis

g Qui coierit cū iumento morte moriať. p hoc reprimitur concupiscentia q̄ est ptra naturā:dz etiā iumentū interfici in detestationē facti:vt alibi dicit.ꝛ ne alius exemplo precedentis facti attētaret idē facere cū illo aiali.

h Qui immolat dīs. Hic ꝓnr ordinať rōnalis: ꝛ ꝓmo q̄ctū ad psonas simplices:scđo quo ad iudices.xxiij. cap. tercio quo ad sacerdotes circa medium.xxiij.capituli ibi. Sex annis. Circa primū ordinať rationalis circa deum cū dicit. b Qui immolat dīs.i.ydolis: que reputāť dīi ab ydolatris:ꝛ p immolationē hic pbibitā sub pena mortis intelligit ꝓbibita oblatio libatio ꝛ thurificatio:ꝛ talia q̄ fiebant in tēplo ipsi deo directe:vt dicit Ra.sa.et hoc notať cū subdit. i Preter dño soli. si aūt iudeus scoparet templū ydoli vel ornaret vel alia similia que sunt preambula ad oblationes ꝛ sacrificia faceret:non esset puniend⁹ morte fm eū ꝙ alia pena.scđo ordinať rationalis ergā primū cū dicit. k Aduenam nō cōtristabis. cuius

causa subdit cū dr. a Aduene em ꝛ ipsi fuistis. acsi di cat: illud qđ ibi sustinuistis dr ws inducere ad hoc ꝙ dulciter eos tractetis: dr aūt aduena q aliunde venit ad manendū in regione aliqua. b Vidue ꝛ pupillo nō nocebitis. ista lex intelligenda etiā ē de alys qb⁹ nō ē nocendū: s lex exprimit illud qđ frequenti⁹ accidit. s. afflictio taliū: eo ꝙ nō possint resistere. ex hoc tñ aggrauat peccatū: et accelerat vindicta diuina vñ subdit. Vociferabunt ad me ꝛ ego exaudiaz.

"Aduene em ꝛ ipi fuistis in tra egypti. [b]Vidue ꝛ pupillo nō nocebitz. Si leseritis eos: vociferabunt ad me: et ego audiā clamorē eoꝝ: ꝛ indignabit furor me⁹: percutiā ꝙ vos gladio: ꝛ erunt vxores vre vidue: ꝛ filij vri pupilli. [c]Si pecuniā mutuā mutuā dederis [d]pplo meo pauperi [e]qui habitat tecū: [f]non vrgebis eum q̄si exactor: [g]nec vsuris oppmes. [h]Si pign⁹ a prio tuo [i]accepis vestimētuz: aī solis occasuz reddes ei. ipm em est solum quo opitur indumentū carnis eius: [k]nec habz aliud i q̄ dormiat. Si clamauerit ad me exaudiā eū: qz misericors sum. [l]Dijs nō detrahes: [m]ꝛ principi populi tui nō maledices. [n]Decimas et primitias tuas nō tardabis offerre. [o]Primogenitū filioꝝ tuoꝝ dabis mihi. [p]De bobꝫ ꝙz ꝛ ouibus similiter facies. [q]Septē diebus sit cum matre sua: die octaua reddes eum mihi. [r]Viri sancti eritis mihi. [s]Carnem que a bestijs fuerit p̄tegustata: non comedetis [t]sed pjcietis canibꝫ.

a Aduene em ꝛ ipsi fuistis sicut et ceteri. Ideo nō debetis eos affligere. b Vidue ꝛ pupillo nō nocebitis. ista lex intelligenda etiā de alijs qb⁹ nō ē nocendū: s lex exprimit illud qđ frequenti⁹ accidit. s. afflictio taliū: eo ꝙ nō possint resistere. ex hoc tñ aggrauat peccatū: et accelerat vindicta diuina vñ subdit. Vociferabunt ad me ꝛ ego exaudiaz.

c Si pecuniā mutuā dederis. Dicit Ra. sa. ꝙ istud si accipit p qz: dz enim mutuare primo existenti in necessitate. d Populo meo pauperi. p hoc ꝙ dicit pplo meo. ñ excludit gentilē. vt dicit Ra. sal. s dat ibi intelligere ꝙ prius ꝛ in minoꝝ necessitate dz iudeus mutuare iudeo q̄ gentili. per hoc etiā ꝙ dicit pauperi nō excludit diuitē cui etiā mutuandū est si indigeat: s prius mutuandū est pauperi. p hoc etiam ꝙ subdit. e Qui habitat tecū. nō excludit a mutuo ille q̄ habitat in alia ciuitate: cui est mutuandū etiam si est in necessitate: sed prius succurrēdū est necessitati vicini. vñ ista lex dicit gñaliter quanto aliquis est ꝓpinquior: tanto magis succurrendū est eius necessitati. f Non vrgebis cū quasi exactor: repetens debitū cū austeritate nimia q̄ diu est impotens ad soluendū. g Nec vsuris oppimes. In hebreo habet. Nec morsum pones sup eū. et per morsum intelligit vsura. Cui⁹rō est vt dicit ra. sa. qz sicut serpens mordens in silentio paz ꝓcipit vel sentit in ꝓncipio: sed postea inflat homo: ꝛ diffundit effectus illius morsus qui p totū corpus: sic vsure malū nō sentit in ꝓncipio: s postea ascendit ad magnā summā: ꝛ devorat totā bois substantiā. Patet etiā p predictā expōnē Ra. sal. ꝙ vsura nō est licita iudeis: etiā cum illis qui nō sunt de lege sua. qz de mutuo dixit in principio ꝙ nō excludit gentilis licet prius dandū sit iudeo: ꝛ sup illud psal. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā. dicit glo. hebraica: etiaz gentilis: et iō ꝙ p̄cedit iudeis dare ad vsurā extraneis: Deut. xxiij. ca. est ꝓmissio minoris mali ad maius euitandū. s. ne hebreos grauarent vsuris: sicut dicūt doctores nostri.

h Si pignus a, primo tuo. i. iudeo. i Accepis vest. aī so. occa. redd. ei. In hebreo br: Usq ad occasum solis reddes ei. ꝛ vtrūq est verū: qz si sit vestimentū sibi necessariū de die: debet reddi sibi in mane: et post resumi in vespere. si aūt sit vestimentū necessariū de nocte: dz sibi reddi vespere ꝛ post resumi in mane: ꝛ q̄tū ad hoc suditur.

k Nec hz aliud in quo dormiat ꝛc. Si aūt querat quare accipiat pignus ita frequenter ꝛ restituebat: dicit ra. sa. ꝙ hoc erat ad imprimendū cordibus hoim dei misericordiā qui quotidie peccantibus quotidie relaxat cū clamant ad ipsum. Joseph⁹ dicit ꝙ hoc erat: ne debitor daret oblivioni ꝛ fieret negligens in solutione debiti.

l Dijs nō detrahes. i. iudicib⁹ te punientibus ꝓpter peccatū tuū: qz in hoc tenent locū dei. m Et principi ppli tui nō maledices: qz malediceres tibipsi cū sit caput ppli cuius tu es ps. n Decimas tuas ꝛc. In hebreo habet. Plenitudinē tuā ꝛ lachrymā tuā nō tardabis reddere: ꝛ p̄m ꝙ dicit rabi sal. p plenitudinē intelligunt ꝓmitie in aridis: sicut est triticū ꝛ ordeū: ꝛ p lachrymā in liquidis: sicut vinū ꝛ oleū ꝛ hmōi: que debēt reddi tpe statuto a lege ꝛ nō retardari. o Primogenitū filioꝝ ꝛ qz ꝓsecrati erāt dño: eo ꝙ penitens dñs primogenita egyptioꝝ saluauit primogenita hebreoꝝ: vt s. dictū ē xiij. ca.

p De bobꝫ ꝙz et ouibus similiter facies. s. offerendo dño: primogenita tñ hominū redimebā tur. v. sicdis argēti. Dicit aūt hic ra. sa. ꝙ quilibet siclus valet q̄tuor solidos: tñ nō dicit cuius monete: et iō videt dicēdū ꝙ valor determinat⁹: est nobis incertus qz sicut frequenter dictū est monete et ponderis auri ꝛ argēti multuz variant ꝛm tpa ꝛ varias regiones. Oz aūt dicit hic de primogenito ouis ꝛ bouis: intelligēduz est etiam de primogenitis alioꝝ aialium que poterant immolari. de animalibus aūt alijs primogenitū asini debebat redimi oue: ꝛ alia redimebāt: vt supra dictuz est. xiij. ca. q Septem diebus sit cum matre sua. qz ante octauū diē est res nimis tenera ꝛ imperfecta: ꝛ tales nō debent offerri deo. Ra. sa. aliter exponit literam istam ab illo loco. p De bobus quoꝙ ꝛ ouibus similiter facies. dicens ꝙ li sibi refert ad lrām precedentem immediate que loquit de primogenito bois q̄ debebat redimi post. xxx. dies. ꝛ ita dicit ꝙ primogenita bouis debebat seruari apud dñm suū. xx. dieb⁹. ꝛ tūc dari sacerdoti: primogenitū aūt ouis. i. diebus. qđ aūt subdit. q Septē diebus sit cum matre sua. dicit ꝙ hoc nō refert ad lrām precedentē vt dirigat hoc mandatū ad illos q̄ offerebant primogenita: s ad sacerdotē q̄ nō debebat aliqđ aial immolare ante octauū diez dño. qđ aūt subdit. r Viri sancti eritis mihi. ad omnes generaliter dirigit: vt sint mundi nō tñ mēte: sed etiā corpe: ideo subdit. s Carnē q̄ a bestijs ꝛc. in hebreo habet. Que a bestijs fuerit lacerata vel dissipata. qz nō solū erat ipsis ꝓhibitū comedere carnes q̄rūvnā ptem comederēt bestie: sed etiā carnes aialis occisi a q̄cunq bestia silvestri vel domestica. etiā si nihil de occiso comedissent: vt dictū est supra de bone occiso a bone corrupcta. Sciendū etiā ꝙ lex ista loquit de carnibus: que alīs eis erant licite. t Sed pjcietis canibus. dicit aūt ra. salo. ꝙ vendere poterant gentilib⁹ quos iudei reputant sicut canes: ꝛ vocāt gentiles omnes qui nō sunt de lege iudeoꝝ.

¶ In ca. xxij. vbi dr in postilla. Et ideo dicit ra. sa. Lex illa. ¶ Additio.

Donge vr a sensu lrali dicere ꝙ in hoc ꝙ dr. Si aūt ortō sole hoc fecerit. intelligitur metaphoraliter qz in iudicialib⁹ que tractant de actibus humanis inter partes iudicandis: nō est opus metaphoralib⁹ locutionibus: cū possit plano mō dici. vñ melius videt dicendū cū doctō. nostris quibus etiaz ꝓcordant quidā hebreoꝝ. Obiectio aūt posthl. Dēos nō vr valē. nā lz aliqñ ꝓtigat ꝙ aliq̄ insidiose interficiāt hriem in domo ꝓpria: hoc tñ est de raro ꝓtingētib⁹ de qb⁹ lex nō curat: nisi de bis que frequēter ꝓtingunt.

Replica correctorij ꝑtra Burgen.

In ca.xxij. vbi postillator sequēs Ra.sa. dicē me thaphorice dictū: q si orto sole fecerit: vt ptz in postilla: Burgē. instat dicens: q in iudicialib⁹ actibus oz fieri plana locutio nō metaphorica: cui⁹ oppositum etiā fit & fieri pōt q̄si i terminis hui⁹ litere dicit em & scribit Luce clari⁹ id ꝓbari literis instrumētis ꝛc. hec Burg. satis facit arguēdo postilla. Nā ē rarū fures in die irruere in domos hominū rape: occidere: & boies de domibus effugare: quos si quis occideret reꝰ nō esset: essent enim tales aliq̄d plus q̄ fures. Hec est sententia beati Aug. posita in glo. ordi. vñ etsi ꝑm beatus augu. sint aliqui plus q̄ fures: sunt tñ vere fures. quia vsurpatores rei aliene inuito dño. in casu igit postilla toris & Ra. salo. litera planius exponit.

Capitulū. xxiij.

a Non suscipies ꝛc. Hic ordinat rōnalis q̄stus ad iudices: & primo erga ptes que debēt in iudicio aliquid ꝓponere: vt nō audiat vna ps sine alia quia q̄n vna audit in absentia alterius solent multa mendacia immiscere ad iustificationē sue cause: et hoc est quod dicit. Nō suscipies vocem mendacij. secūdo regulat circa testes cū dicit. b Nec iunges manū tuā. i. nō facies pactū vel ꝓmissum: & vtitur tali mō loquendi: q̄ in pactis & in ꝓmissis iungit manus vnius cum manu alterius ad ꝯfirmationē. in hebreo habet. Non leuabis manū. & ē cadē sīa: q̄ apud aliquos ille qui ꝓmittit aliquid leuat digitū vel manum ad confirmandū ꝓmissum. c Vt ꝑ impio ꝛc. In hebreo hz Cum impio ad essendū testem falsuz & istud pōt referri ad eū q̄ ꝓmittit impio. s. vt ꝑ eo ꝓmittat se falsuz testificari: et sic accipit translatio nostra. Alio modo pōt referri ad ipm impiū. vt. s. sit testis in causa falsa. & hoc mō exponit Ra. sa. et rationabiliter: q̄ sic refertur ad iudices istud ꝓceptū: qui quidē iudices hic informātur vt pdictū est: & sic est sensus pdicti mandati. Non leuabis manū cū impio. assecurādo eū donis vel ꝓmissis vt sit testis falsitatis: sicut fecerunt iudices samarie ad mandatū iezabelis submittentis falsos testes ꝓtra naboth vt occideret. vt hz. iij. Reg. xxj. Tercio informant q̄stum ad formā iudicij cum dicitur.

d Non sequeris ꝛc. q̄ iudex nō debet dare sententiam iniustam ad satisfaciendū turbe vel multitudini: sicut fecit pylatus ꝓtra christū volens satisfacere pplo: vt hz Mar. xv. & Matth. xxvij. e Nec in iudicio plurimoz acq̄escas sīe. vt si maior ps declinet ad sententiam iniustam: nō ꝓpter hoc debet aliquis de iudicibus conformiter ipsis de iudicio rndere: sed veritatem tenere. Aliter exponūt hebrei passum istuz. q̄ in hebreo hz. Non declinabis post rabbim. i. multos ad malum: et nō rndebit in iudicio ad declinandū post rabbim. i. magistros vel magnos ad peccādū. Nec hebraica dictio rabbim equiuoca est: q̄ significat idem q̄ multos & sic accipit in prima pte auctoritatis: & ē sensus: q̄ ꝓpter maiorē ptem iudicantiū declinantes ad iudicium iniustū. aliquis de iudicantibus nō debet seq̄ dictū cor. Itē significat idem q̄ magnos vel mgr̄os: & sic accipitur in secunda pte auctoritatis cum dicitur: Et nō respondebis in iudicio ꝓpter mag̃s vel mgr̄os ad peccādū: & est sensus: q̄ sicut nō est declinandū a veritate ꝓpter maiorē ptē iudicantiū ibi declinantē. ita declinandū non est ꝓpter illos qui sunt maioris auctis in iudicādo & ꝓpter hoc statuerūt sapientes iudeoꝝ: q̄ q̄n in iudicio requirit sententia: tunc dictū iudicantiū debz incipi ab illis qui sunt minoris auctis: & vltimo a maioribus ne minores formident declinare a sīa maioꝝ: quod posset esse si maiores primo diceret. & huc moduz tenent in vniuersitate parisiensi theologi in deliberationibus. s. incipiēdo ab illis q̄ sunt iuniores in magisterio. Quarto informantur iudices q̄stū ad cōditionē ꝓsonarū venientiū ad iudiciū cū dicit.

Capitulum. xxiij.

Non suscipies vocē mēdacij: b nec iūges manuz tuā c vt ꝑ impio dicas falsū testimoniuz. d Nō sequeris turbā ad faciendum malū: e nec in iudicio plurimoruz acq̄esces sententie: vt a vero declines. f Paupis q̄z nō misereberis in iudicio. g Si occurreris bouī inimici tui: aut asino erranti: reduc ad eū. h Si videris asinū odientis te iacere sub onere: nō ꝑtransibis ꝫ subleuabis cū eo. i Nō declinabis in iudiciuz paupis. k Mēdacium fugies. l Insontē & iustū nō occides

f Paupis q̄z nō misereberis in iudicio. in cā falsa intuitu sue paupertatis eū sustinēdo: q̄z sanctū est ꝓbonorare veritatē: vt dī. j. ethi. cor. g Si occurreris. istud ponit hic ex incidenti: q̄a ex litigijs de q̄bus immediate locutus est: solent boies inimici fieri: ideo subdit. g Si occurreris ꝛc. Istud ꝓcipit duplici de cā. s. ꝑ aiali errantis: ne a feris deuorent. iudei em erant crudeles: et ideo lex indurit eos ad pietatē etiaz circa bruta aialia: vt ꝑ hoc ad maiorem pietatē circa homines inducerent. Itē ꝓ dño animalis: quia ꝑ talez reductionem inducebat ad amicitiā reducentis: & q̄ ē hic dictū de boue & asino erranti intelligendū est de omni aiali domestico. h Si videris asinū ꝛc. istud etiā dī ꝑ aiali & etiā ꝑ dño: sicut dictū est in lege immediate p̄cedēti: & q̄ hic dr de asino intelligendū ē de oi aiali onerato.

i Nō declinabis in iudiciū paupis. refert ad informandum iudices: q̄z sicut supra informauit eos de nō sustinendo pauperes in causa iniusta. ita ecōtrario docet eos q̄ non tentis. k Mendacium fugies. licet enim sit fugiendū ab omnibus: maxime tamen a iudicib⁹ qui sunt in statu & officio ꝓseruande veritatis.

l Insontē & iustū nō occides. dicit insontē. i. innocētem q̄stū ad illū q̄ ꝑ falsos testes cōuincit: quē iudex nō dz interficere si sciat eius innocentiam secrete: sed debet testes diligentius examinare: vt eoꝝ falsitas deprehendat: & si sic non pōt deprehendere: dz iudicium ad superiorē remittere: et si nō pōt. q̄z nō hz superiorē iudicē: dicit Tho. de aq̄. secūda secūde. q. lxiij. ar. vj. in rnsione ad tertiū arg. q̄ in hoc casu iudex nō peccat ferendo sīam ꝓtra eum: q̄z nō interficit ipm: ꝫ illi q̄ accusant: salua tñ meliori iudicio vr̄ ꝓtrariū. q̄z dicit aug. li. de li. ar. Quō apud diuinā prouidētiā a pcto liberi sunt q̄ ꝑ his rebus quas contemni pooꝛtet humana cede polluti sunt. q. d. nullo modo. et per res ꝓtem nendas intelligit Augustinus. omnia illa que homines inuiti amittere possunt. inter quas est vita corꝑalis: & multo fortius dignitas tpalis quecunq̄: & potestas iudicandi: ꝫm q̄ dicit Job. ij. capi. Cuncta que habet homo dabit pro anima sua. i. pro corꝑali vita tuēda: et ideo si iudex quantumcunq̄ superior non possit inuenire viam liberandi innocentem a morte: debet prius dignitatem & officium iudicandi dimittere: q̄ sententiam mortis contra innocentem ferre: aliter peccatum non euaderet: vt videtur. dicit autem.

m Justum. propter illum qui iustus est iudicio hominū q̄uis forte sit debitor mortis apud deum. et talem non debet iudex occidere q̄uis secrete sciat ipm morte dignum. quia non est licitum ei vt est persona singularis. ꝫm q̄ dicit Augustinus primo de ciuitate dei. Qui sine aliqua publica administratione maleficium interficit. velut homicida iudicabitur: et tanto amplius quantum sibi potestatem a deo non concessam vsurpare non timuit. Nec etiam vt est persona publica. Quia vt sic non habet viam

ad occidendū eū. nec est silē de ꝺemnatōne innocētis ad
mortē z de dimissione illius q̄ est morte dignus: ꝑter qꝺ
nō valet si arguaꝝ ꝑ te. iudex nō pōt ꝺēnare quē scit in-
nocentē. g̃ ꝑ oppositū nec pōt dimittere quē scit dignum
morte. qz vt est ꝓsona publica pōt resignare dignitati z of-
ficio iudicandi: sed
vt est ꝓsona singu-
laris nō bz viā vel
ptātē aliquam occi
dendi. Aliter autez
exponit ra. sa. passū
istū dicens. q̄ inno-
cens hic accipiť ille
q̄ exit de domo iu-
dicij ꝺemnat⁹ ad
mortem ꝑ crimine
sibi impositō tñ est
innocens ꝟm veri-
tatē: qz si tunc ap-
pareat aliquis qui ve-
lit eius innocentiā
ꝺeclarare: bz reduci ad iudiciū vt au-
diať ille q̄ vult euz
innocentē ostende-
re: z sic factū fuit de
susanna: vtz Dañ.
xiij. ca. ad cuius sez
damdis dictū: fuit
reducta ad iudiciū
z a morte liberata.

n qz aduersoz ipiū. o Nec ac-
cipies munera. p que etiā ex-
cecāt prudentes: q z subuer-
tūt ꝟba iustoꝝ. r Peregrīo
molestus nō eris. Scitz eīm
aduēaꝝ aias: qz z ipsi pegri
ni fuistis ī tra egypti. s Sex
ānis seminab trā tuā z con-
gregabis fruges e⁹. t Anno
aūt septimo dimittes eam:
z reqescere facies: vt come-
dāt paupes ꝑpli tui: z quic
q̄d reliquū fuerit: edant be
stie agri. v Ita facies in vi-
nea z i oliueto tuo. x Sex di
eb⁹ opaberis: septima die

Per iustum hic intelligitur ille qui exit de domo iudicij tā
q̄ innocēs a crimine sibi impositō licet ꝟm veritatē sit re-
us: et tunc si appareat aliquis qui velit eum ꝓbare reum
de dicto crimine: nō est audiendus ꝓtra eum qz bz euadat
manū bois: remanet tñ in manu dei puniendus: iō subdi-
tur ꝓ cā huius dicti. n Quia aduersoz impiū. ac si di-
cat deus: ꝑter hoc talē nō debes occidere: qz bz manū tuā
ereat remanet tñ in manu mea ad puniendū: z possuz eū
interficere multis vijs: qz nō dimitto impiū impunitum.
o Nec accipies munera. etiā ꝓ iudicio vero: non eīm bz
vendere iudex iusticiam suam. qz si sit iudex inferioz de-
bet esse cōtentus de stipēdijs sibi datis a superioꝛi. Si aūt
sit supioz bz eē ꝓtentus reddit⁹ suis: q̄ sunt stipendia si-
bi cōcessa a cōmunitate ꝓ obseruatiōe iusticie.
p Que etiā excecant prudētes. qz si accipiat iudex mu
nera ꝓ iusticia ꝺefendenda: ex tali assuefactione inclinabi
tur ad accipiēdū ꝓ iniusticia sustinēda: z sic excecabiť. iō
seq̄ť. q Et subuertūt ꝟba iustoꝝ. qz q̄ pri⁹ loq̄bant ꝑ
veritate iusticie. postea locūtur ad ꝓriū. r Peregrino
nō molestus eris. peregrinus hic ꝺz transiens ꝓ alienam
terrā: quē iudex nō ꝺebet molestare retardando sibi face-
re iudiciū de iniuria sibi facta: vt iter suū posset exequi.
s Sex annis. Hic ꝓñr informanť sacerdotes: qz b agiť
de festis z solēnitatibus: q̄ bz ꝺebeant obseruari a toto po
pulo: tñ in hoc ꝺebent dirigi ꝓ sacerdotes. z ꝓmo agiť de
septimo anno q̄ erat quasi totus solennis: eo q̄ erat ann⁹
remissionis. z hoc est quod ꝺr. s Sex annis se. terraz
tuā zc. ꝓ victu tuo z familie tue. t Anno aūt septimo
dimittes eā. Dicit aug. q̄ septimo anno bene erat semi-
nandū: sed nō colligendū a seminantibus: sed erat dimit-
tendum paupibus vt subdiť. Ut comedant paupes zc.
ioseph aūt et hebrei dicunt q̄ septimo anno nō erat se-
minandū nec colligendū a dñis terre: b ꝺebebāt dimitte-
re illa que sponte nascebanť paupibus z hoc magis ꝓcor
dat lre cū ꝺr. t Anno aūt se. di. eā z re. facies. ita q̄ li
requiescere facies: referť ad hoc q̄ terra nō exerceať ꝑ cul
turā. z li dimittes. referť ad hoc q̄ dñs cāpi ea q̄ sponte
nascebanť illo anno paupib⁹ dimitteret. v Ita faci
es in vinea z in oliueto tuo. qz sicut nihil colligebat dñs
in possessione sua ita nec in illis q̄ erāt sup cāpū. scdo agiť
de celebratiōe sabbati cū dicitur. x Sex diēb⁹ opabe-
ris zc. et est istud expositum ca. xx. repetiť tamē hic istuꝺ

ꝑceptū ꝓpter hoc: q̄ locutus est immediate de septimo
anno: qui erat totus requiei: z iō ex hoc forte crederet
aliquis: q̄ in illo anno septima dies nō esset observan
da: nisi sicut alie dies hebdomade: ꝓpter qꝺ ad hmōi
errorē tollendū fit memoria de obseruatiōe sabbati. q̄
est eadez in. vij.
anno: sicut et in
alijs: que aūt sit
illa obꝟuatio ex
posituz est s. xx.
ca.

ceſſabis vt reqescat bos et
asinus tuus: z refrigereť fi-
lius ancille tue z aduena.
y Dia q̄ dixi vobis custodi-
te: z ꝑ nomē externoꝝ deo-
rū a nō iurabitis: b neq; audi
eť ex ore vro. c Tribꝰ vicib⁹
p singulos annos mihi fe-
sta celebrabitis. d Solenni
tatē quoq; azimoꝝ custodi
es. Septē diebꝰ comederis
azima e sicut precepi tibi tē
pore mēsis nouoꝝ qñ egres-
sus es de egypto. f Non ap-
parebis in conspectu meo
g vacuus. h Et solennitatem

y Dia q̄ dixi vobis custodite hoc intelligiť spe
cialiter de ptinē tibus ad obꝟua
tionē sabbati: q̄
sunt plura. Ra-
sa. dicit: q̄ hoc
ꝺr ad subintelli-
gendū vasa he-
breoꝝ de quorū
requie non fece-
rat mentionem.
que tñ debēt re-
quiescere etiam
die sabbati: nec
licituz est eis ea
locare vel accō-
modare gentili-
bus ad faciēduz
opa sua vt securi ad scindēdū ligna z silia. z Et ꝑ no
men externoꝝ deoꝝ. i. ydoloꝝ. a Nō iurabitis. Ju
ramentū eīm introductū est ad ꝓfirmationē veritatis
de re aliqua: de qua poterat ꝺubitari inq̄tuz ꝑ iuramē
tū invocať deus testis illius rei de qua iurať. ꝓpter qō
iurans ꝓfiteť deū esse infallibilis veritatis ad ꝓfirmā
dum omnia ꝺubia: z ideo iurare est actus latrie ꝓpter
qō ꝑ falsos deos non est iurādū: eo q̄ nō pñt eē testes
veritatis: z qz act⁹ latrie nullo mō ē eis exhibēdus. vt
dictū est s. ca. xx. b Neq; audieť ex ore tuo. qō ex-
ponit ra. sa. dicens. q̄ nō est licitū iudeis ꝺicere vel fa
cere aliqua cum gentilibus: ꝓpter que gentiles iurant
ꝑ nomen ydoloꝝ: z est sensus. b Neq; audieť ex
ore tuo. i. ex ore tuo nō exibit verbum ꝑ qō audiať iu
ramentū ꝑ ydola etiā factum a gentilibus. Btūs ꝺo
Aug. scribens ad publicolā ꝺicit: q̄ licet nō sit licitū gē
tilē inducere ad iurandū ꝑ ydolū: si tñ gentilis haberet
aliqua pacta cū xp̄ianis z offerat se ad ꝓfirmandū illa
iurando ꝑ ydolū: licitū est xp̄ianis tale iuramentū reci
pere. Ponit aūt hic istud preceptū iuxta obseruatōez
sabbati: qz vtrūq; ptinet ad reuerentiā deo exhibēdaz
Consequenter agiť de tribus solennitatibus notabili-
bus que fiebant ꝑ annū cū dicit. c Tribus vicib⁹
zc. inter q̄ primū ē festū pasche. z hoc notať cū dicit.
d Solennitatē q̄z azimoꝝ custodies. qz septē diebꝰ
debebant vesci azimis: sicut supra expositū est. xij. ca.
e Sicut precepi tibi tpe mensis nouorum. Mensis
eīm ꝓmus in q̄ celebrabať pascha. xv. die bꝰ mensis ꝺr
mensis nouoꝝ: quia in crastino eiusdē diei fiebat obla
tio de nouis fructibus. q̄ matureſcebant ante alios: vt
si bō intrans campū vel hortū suū videret ibi aliquas
spicas vel ficum in ficulnea appropinquantes ad ma-
turationem ante alias: debebat colligere z apportare
ad templum in solennitate paschali. f Non appa-
rebis in ꝓspectu meo. i. loco sacrificij. g Vacuꝰ. i. sī
ne oblatiōe vel sacrificio. Scdm festū est pentbecostes
qꝺ celebrabať q̄nq̄gesimo die a die pasche i memoriā
bñficij dei in datiōe legis q̄ data ē in mōte synai. i. die
ab exitu filioꝝ isrl de egypto q̄ egressi sunt die pasche.
s. die. xv. primi mensis. vt dictuz est supra. xij. capitulo
z. xiij. z hec solennitas tangiť cū ꝺr. h Et sole. mē.
primitiuoꝝ. quia in illa solennitate offerebant panes

re vouis frugibus: sicut in solēnitate paschali offerebā
tur primitiua in spicis: spice tñ ille igni torrebant: r ex
cutiebant grana: r sic fiebat sacrificiū. vt hr Leuit. ij. r
xxiij. Tertiū festū erat tabernaculoꝝ qđ celebrabat:
eo q dñs habitare fecit filios isrl in tabernaculis in de
serto: r de loco il
lo duxit eos
ad terram delici
osam: r iō in hoc
festo debent ha-
bere ramos viri
des r fructꝰ ar-
boris pulcrime.
Celebrabat aūt
hoc festū mense
septimo. s. septē-
bri: r hoc notat
cū dicit. i So
lennitatez q̄z in
exitu anni. B est
immediate post
exitū anni: quia
september est p̄-
mus mēsis sim-
pliciter in anno
licet martius sit
primus q̄tū ad
festa: sicut dictū
est supra. xij. ca.
r Gen. vij.

k Ter in anno
ꝛc. s. in pascha: r
in penthecoste: r
in festo tabernaculoꝝ: tñ cū illis
q̄ erant remote
a hierusalem ali
quando dispen-
sabat de duobus vicibus. s. in penthecoste: et in festo
tabernaculoꝝ. l Mō immo. su. fer. san. vi. tue. r lo-
quit de victima agni paschalis que nō debebat imola
ri donec fermentū fuisset amotum de domibus iudeo-
rū vt dictū est s. xij. ca. r hoc est qđ dicit hic.

l Mō immo. sup fer. i. fermento exīte in domo tua.

m Nec re. adeps solē. mee vsq; mane. s. diei sequen-
tis. poterat tñ cremari sup altare tota nocte.

n Primitias frugū terre ꝛc. Cuius hoc p̄ceptū supra
positū sit: tñ hic repetit ad oñdēdū q obligat anno se-
ptimo sic in alijs. q. eīm supra mētione faciēs de p̄mi-
tiuis addidit. Quecūq; seminaueris in agro tuo ideo pos-
set aliquis credere q nō obligaret anno septimo: eo q
illo anno nō seminabat terra: nec colligebāt fructꝰ na
scentes a dñis terre: quod nō est verū: q. etsi non pote-
rant colligere ad vsus suos: debebāt tñ fructus p̄ alijs
maturantes accipere et deferre ad domū dñi in solenni-
tate paschali. o Mō co. bedū in la. ma. sue. cuiꝰ rō ē
q. lex intēdebat inducere iudeos ad pietatē erga p̄ri-
mos: r sic inbibuit eis ea que videbant eē crudelia: eti
am circa bruta aialia: inter que hoc erat: q agnus coq̄
rēt r pararetur ad esum alioꝝ in lacte quod erat vite
sue sustentamētū. Dicit aūt Andreas: q hoc etiā intel
ligit de carnibꝰ alioꝝ aialiū q̄ nutriūt lacte: nō aūt de
carnibꝰ auiū: q. nō nutriunt lacte: s de mā oui. r ꝛ hic
dicit de lacte mris tñ intelligit de oī lacte. Alia etiam
rō fuit ad hoc. s. in detestationē ydolatrie: q. aliq; ydo-
latre sic coḡbāt carnes ydol imolatas. p Ecce ego
mittā. Premissa legl promulgatiōe: hic dñs inducit po-
pul ad eius obseruantiā: r primo ponit dicta inductio:
scdo legis receptio ca. xxiij. Circa primū inducit ppls
ad legis obseruantiā ex tono p̄missione: r primo q̄tū
ad terre chanaan facilē acq̄sitionē: scdo q̄tū ad eius fe-
licem habitationē: ibi. Mō adorabis dos eoꝝ. Ad ac-
q̄rēdū aūt terrā tria erant necessaria: directio in via, et
q̄tum ad hoc dicit,

mensis primitiuoꝝ opis tui
quecūq; seminaueris i agro
[solennitatē q̄z in exitu an-
ni qñ congregaueris oēs fru-
ges tuas de agro. [k]Ter i an
no apparebit oīe masculi-
nū tuū coram dño deo tuo.
[l]Non immolabis sup fer-
mēto sanguinē victime tue
[m]nec remanebit adeps solē
nitatis mee vsq; mane. [n]Pri
mitias frugū terre tue deferes i domū dñi dei tui. [o]Mō
coques hedū in lacte mris
sue. [p]Ecce ego mittā ange-
y In ſanguine. q; tunc de ſanguine byrci ⁊ vituli oblati p pctō ppli ponebat ſup cornua ipius altar̄ ⁊ q; illa die ſum⁹ ſacerdos intrabat ſcta ſctōrū credidēr̄ aliqui q altare icēſi eſſet intra ſcta ſctōz̄. in ꝟ ſeq̄ntes auguſtinum ſed hoc non valet: quia Leuit. xvj. dr̄. q hec poſitio ſanguis fiebat a ſummo ſacerdote in cornibus altaris incēſi poſtq; exierat de ſancta ſanctoz̄

z Locutus. ꝟ nr̄ agit̄ de his que erāt neceſſaria ad p̄dicta exercenda: quorū vnuz erat pecunia p expenſis. ſcōm erat lauatorium p ſacerdotibus abluendis: tercū vnguentū ſacre vnctionis: quartū compoſitio thymiamatis: de quib⁹ agitur p ordinē: ⁊ ptes patebūt ꝓſequendo Circa pmū conſiderādum: q; ſacrificia: q̄ fiebāt a ſingularibus p̄ſonis fiebāt de expenſis eorum ꝓpijs: ſed illa q̄ fiebāt p cōmunitate fiebant de expenſis tot⁹ pp̄uli: et equaliter in hoc expendebāt diuites ⁊ pauperes ne diuites ſanctiores ſe pauperibus reputarent: vel magis participare de diuinis: p hoc etiā q equaliter ponebant ſinguli. ſ. medietatem ſicli: ſciebaꝫ numerus virorum p computationem dimidiorū ſiclorum: et hoc eſt quod dicitur.

a Quādo tuleris. i. acceperis.

b Sūmā filioz̄ iſrl̄ ⁊c. i. q̄n̄ volueris ſcire numez̄ eoz̄ nō numerabis p capita: ſed p hoc q: c Dabūt ſinguli p̄cium. i. dimidiū ſiclum.

d Pro animabus ſuis: q; ſacrificia de illis expēſis facta ꝓficiēt animabus eoz̄.

e Et nō erit plaga in eis cū fuerint recēſiti. i. numerati mō p̄dicto: ſi aūt aliter: erit plaga: ſicut factū eſt tēpore dauid: vt hr̄. ij. Reg. xxiiij.

f Juxta menſurā templi: hoc dr̄: q; aliud erat pōd⁹ q̄ vtebant cōiter: ⁊ q̄ vtebant in tēplo. Sicus autē q̄ vtebant in tēplo habebat quatuor dragmas ſm ioſephum: ⁊ quelibet dragma q̄n̄ obolos

g Qui babetur in numero. ſ. virorum procedentius ad bellum.

h A viginti annis ⁊c. ex q̄ patet q illi q̄ erāt minoris etatis nō cōputabant̄ inter viros: nec cogebāt ire ad pliū. Cetera patent ex dictis.

i Locutuſq; eſt dñs. Dic cōſequenter agit̄ de lauatorio cum dicitur.

k Facies et labium eneum. iſtud vas alibi vocatur labrum et luter: vt dicit Ra. Sa. q erat factum ad modum mammille magne: groſſum inferius: ⁊ in ſuperi-

ozi pte strictū:hñs in laterib⁹ duas cānales p quas effundebaṫ aqua. l Cū basi sua.in hebreo br̄.Cum sede sua.in qua erat cōcauitas ad recipiendū aquā.
m Ponesq illud intra ta.tes.ad al.s.holocaustoruz nō directe inter illa duo sed aliquantulum ad latus.
n Et missa aq̄ lauabūt i eo.i. p effusiōz aq̄ ex ipso aarō ⁊ filij ei⁹ manus ⁊ pedes ⁊c. ex quo patet q ingrediebant nudis pedibus tabernaculum.
o Quando ingressuri ⁊c. portando ibi de sanguine hostie immolate pro peccato totius populi. vt habetur Leui.iij.
p Et qñ accessuri sunt ad altare ⁊c. et ꝑ fiebat omni die.in hoc eñ erat consummatio sacrificij: q: sicut p̄dictuz est sacrificia veteria legis ñ erāt accepta nisi ex fide ⁊ deuotiōe offerentium.deuotio añt p thurificationē designabaṫ.et ideo i hoc sacrificiū cōsummabatur: ꝟm q dr̄ ad hebr̄.ix.ca.
In priori q̄dez tabernaculo.i.in anteriori pte tabernaculi vbi erat altare incēsi intrabant quotidie sacēdotes sacrificioz officia consummantes.
q Ne forte moriant.indebite incensuz offerendo: sicut mortui sunt nadab ⁊ abiu.vt br̄ Leui.x.ca.
r Locutusq est dñs.Hic agit de sacra'unctiōe cū dr̄.
s Sume tibi aromata.i.spēs redolētes q̄ dicūt aromata q: implent aerem suo odore.
t Prime myrrhe. Myrrha est nomen arboris aromatice:et inde procedit duplex gutta. vna p modum fudationis et ista est prima ⁊ melior:et vocaṫ myrrha ꝓma.alia p incisionem corticis:⁊ hec vocaṫ myrha secūda.et est minus efficax. et ideo ad differentiā huius dr̄ hic myrrhe prime.
v Et cinnamom:i mediū ⁊c.i hebreo br̄.Et cinnamomi aromatici mediū ei⁹.ccl.siclos. quod exponit ꝟRa.sa.dicens:q duplex est cinnamomū:vnū quod parum aut nihil hz de odore.aliud aromaticū:⁊ de illo dr̄ hic. Cinnamomi aromatici.ad differentiam alterius.
x Medium eius.ccl.siclos.huius eñ cinnamomi cortex ꝓfiozi est q̄z lignum.⁊ iō vtrūq p se pōderabaṫ ⁊ ponebāt in hoc vnguēto de vtroq.ccl.sicli.
y Calami.arbor est aromatica gracilis ⁊ nodosa ad modum calami:qui est stipes segetis.ido sic nominaṫ
z Casie vel.ꝟm papiā est nomen arboris aromatice: ꝟm ysido.est nomen herbe odorifere:et debz scribi per simplex.s.⁊ corripiṫ media syllaba. a In pondere sanctuarij.ad differentiā ponderis communis.
b Oleū de oliueti.ad differentiā alterius olei.vicz nucū ⁊ hmōi.qđ nō debebat in hoc vnguento poni. c Mensuram bin.de quantitate bꝰ mensure iā dictū est ꝓcedenca. d Faciesq vnctiōis oleū.p cōmixtiōz oim istoꝝ.
e Ope vnguētarij.i.artificis prudētis in cōpositōe vnguētoꝝ.
f Et vnges ex eo tabnaculū ⁊c. ex quo ꝓz q nō erāt vngenda ista p totum: q: quantitas p̄dicti vnguēti nō sufficeret ad vicesimam partem. s3 in quolibet cum digito intincto in vnguēto fiebat quedaz figura ad modū caligreci. g Et erit sancta sanctoꝝ.s. respectu eoꝝ q̄ cōibus vsibꝰ hominū applicātur.Qui tetigerit ea sanctificabiṫ.i.ministri tāgentes p̄dicta dēbent ꝓꝰ sanctificari ꝟRa.sa. dicit q ꝺ est textus Omne tāgens ea sanctificabiṫ. ⁊ ꝟm eū exponiṫ sicut capitulo p̄cedenti dcm̄ est de tactu altaris tholocaustoꝝ.
i Aaron et filios eius vnges. aliē tñ et aliē:q: aaron vngēdus erat in capite ⁊ manib⁹:filij aūt eius i manib⁹ tm̄.vt dicūt alij. Alij ꝺo dicūt q manꝰ sacerdotū minoꝝ vngebāt sed tm̄ quadā mixtiōe facta de oleo vnctionis:⁊ sanguine arietis ꝓsecratiōis ipsi ⁊ vestes eoꝝ aspergebāt vt hr̄ supra.xxix.⁊ Leui.viij.⁊ isti videnṫ ꝓbabilius dicere.vt dictū fuit supra.xxix.ca.
k Hoc oleū vnctōnis sanctū erit mihi.i.deputatū diuino cultui modo dicto.
l Caro hois nō vngeṫ ex eo.excepti regibꝰ ⁊ sacerdotibꝰ:q̄ ꝑtū ad officiū sūt supra dictes:q: medij sunt inṫ deū ⁊ populū. m Et iuxta cōpositionē eiꝰ nō faciet aliud id est ex eisdē rebus ⁊ in eadē ꝓportiōe s ex alijs rebus: et etiā ex eisdē in altera ꝓportione nō erat ꝓhibitū.
n Homo quicunq tale cōposuerit.q: nō solū vtens sed etiā faciens vnguētū p̄dictū ad alios vsus: erit debitor pene. o Dixitq dñs.Hic consequenter agitur de thymiamate.cum dr̄.
p Sume tibi aromata.id est spēs redolētes.
q Stacten.ꝟm ysidorum ⁊ alios doctores idē est quod mirrha ꝓma que indurata terebaṫ in puluerē.in hac compositiōe r Et onycham.ꝟm aliquos est parua estreola valde redolens magnitudine vnguis humani.iō dicitur onycha.Onyx enim grece vnguis dicitur latine. ꝟm papiam est herba aromatica. s Galbanuz boni odoris.ad differentiam illius galbani qđ est ex antiquitate vel alia

causa amisit odorem suū. Est aūt galbanum succ⁹ herbe aromatice.alb⁹ ad modū lactis:ꝛ dr̄ a gala qđ significat lac vel albū. Postq̄ em̄ idurat⁹ erat b̄ succus terebat in puluerē. ℟ Et thus lucidissimū.i.purissimū: ad dr̄iaz thuris cui admiscet resina q̄ quā obscurat eius color.

v Equalis põderis erūt oia.hoc dr̄ ad dr̄iam vnguēti pdicti i q̄ nō oia posita sūt equalis põderis. ℟ Cõpositum ope vnguentarij.nō q: thymiama sit vnguentum ꝑ quedā cõmixtio puluerū aromaticorū: sed q: ad idē officiuz ptinet facere talē cõmixtionē et vnguenta.

y Corā tabernaculo testimonij. id est in altari incensi qđ est ꝑ tabernaculū interius i q̄ erat archa testimonij:ꝛ illa ps templi vocatur tabernaculū testimonij.

z In q̄ loco apparebo tibi.q: ibi audiebat diuinum responsum quasi p̄cedens de ꝓpiciatorio vsq̄ ad altare incensi.

z Talem cõpositionē nō facietis.s.ex eisdē reb⁹ ꝛ in eadem ꝓportione.sicut pdictū est de vnguento.

¶ In ca.xxx.vbi dr̄ i postilla. Dicit aūt Aug.q̄ altare incensi ibi nō vocat thuribulū aureū ꝛc.

¶ Additio.

Licet verū sit q̄ altare incensi erat in pte illa tabernaculi:q̄ dr̄ sanctū vel sctā:nō aūt in illa pte interiori q̄ dr̄ sanctū sctōz:vt lra testat: tñ ipm altare incensi sctm̄ sctōz reputabat vt expresse dr̄ infra eodē ca.vbi dr̄ de hoc altari.s.incensi.ꝛ deprecabat aaron super cornu altaris sel⁹ p annū:ꝛ cōcludit ibidē de eodem altari Sctm̄ sctōz erit dño. ex q̄ p3 q̄ lz altare incensi eēt extra sanctasctōz ꝑm locū:reputabat tñ sctm̄ sctōz ꝑm dignitatis gradū.cui⁹ rō pt esse:q: in hoc altari incensi bis in die incensum cremabat vt hz in hoc ca.qđ fiebat p simplices sacerdotes:lz intra sctm̄ sctōz nō esset licituz intrare nisi sel⁹ in anno ꝛ ib⁹ oportebat q̄ h̄ altare esset extra sctās sctōz ꝑm locū. ℟ q: ipsius altaris excellentia erat tāta q̄ in ipso fiebāt semel p annū in sanguine distillatões p summū sacerdotē. vt infra Leui. xvj. idcirco reputabat inter sancta sctōz ꝑm dignitatez. ꝛ sic vident intelligenda esse verba Aug.s.q̄ loquit̄ de altari incensi ꝑm sue dignitatis gradū nō aūt ꝑm dignitatē loci in quo erat.nō em̄ ꝓsumendum est de sancto aug.q̄ lre cõtradiceret.

¶ Replica correctorij cõtra Burg.

In ca.xxx.vbi postillator dclinat dictū bti Augu. de altari incensi.Et hoc auctoritate bti hiero.ꝛ aliorū: immo ꝛ rotunde lre. Bugen. nititur saluare dictū bti Aug.sed potius inuoluit.nam burg.allegādo textum sequentem presentis capli dicat ipm altare incensi: fore sanctū sanctorū ꝑm dignitatis gradum: cū tñ beat⁹ aug.solū velit ipm altare fore intra sctm̄ sctōz ad moduz aurei thuribuli:textus autem allegatus p Burgensem nloquit̄ de altari:sed de exercitio summi sacerdotis in ipso altari:videlicet de positione manuum:ꝛ positione sanguinis.hoc em̄ exercitiū vocat lra sctm̄ sctōz: q: si quotidiana positio thymiamatis p cões sacerdotes dr̄ sancta hec positio sanguinis semel in anno facta in hoc altari dicen-

¶ Caplm.xxxj.

Locutusq̄ ē dñs. Descripta forma tabernaculi ꝛ cõsecratione sacerdotū h̄ ꝓpr agit̄ de electõne artificū:ꝛ qm̄ agēs ꝛ finis sibi correspõdent iō ꝓmo agit̄ de cā efficiēte ipius tabernaculi: secõdo de cā finali: ibi. Locutus ē. Primo igit̄ exprimit efficiētē ꝓncipalē dicens.

b Eccevocaui ad op⁹ tabnaculi. c Ex noie bezeleel ꝛc. quoniam vno in conuenienti dato alia sequunt̄.idō Ra.Sa. qui dicit q̄ Hur auus istius Bezeleel filius fuit marie et chalepb:consequenter habet dicere q̄ iste bezeleel fuit prone pos ipsius chalepb:et ideo cuz dicit in glo. sup ꝑamuz paralyp.ij.ca.q̄ chalepb cum esset octo amorū cepit azubam vxorem de q̄ habuit prolem.qua et anno sequenti mortua accepit mariam sororem moysi.que altero noie vocata est ephrata:de qua anno decimo calepb natus est bur:et vicesimo anno calepb bur genuit buri:ꝛ tricesimo annō q⁹.s.calepbi buri genuit bezeleel:ꝛ bezeleel decē annorū erat quando incepit tabernaculum: quia calepb tunc non habebat nisi.xl.annos:vt habetur Josue.xiij.ca. et hec videntur inconuenietia manifesta.s.q̄ chalepb octo annorum generasset de azuba:ꝛ q̄ decimo anno etatis sue generasset Hur de Maria:que iam erat nonagenaria vel amplius vt declaratuz est supra.xvij.capitulo. Item q̄ alij duo bur et Huri decimo etatis sue anno genuisset:et q̄ bezeleel decem annorum esset artifex sapiens ad faciendum tabernaculum:et ideo dicendum:q̄ iste bezeleel fuit nepos marie et bur mariti ei⁹ sicut declaratum est supra.xvij.capitulo.et per consequens dicendum q̄ bur qui primo Paralypo. dicitur filius calepb et bur nepos eius ꝛ bezeleel ꝓnepos ei⁹ fuerunt alij ab istis hic nominatis:fuerunt tamen eorundem nominum et eiusdem tribus.in vna em̄ tribu erant multe cognationes:et nullum est inconueniens q̄ in duabus cognationibus inueniant p̄ ꝛ fili⁹ ꝛ nepos similiū nominū.

d Et implcui eū spū dei ꝛ sapia ꝛc.quia omnis sapiētia a dño deo est.siue sit acq̄sita:siue infusa:et iste vtrā q̄ habuit.

e Et ad excogitādū q̄cq̄d fabrefieri.i.artificis subtiliter ꝛ artificiose:faber est em̄ nomē generale ꝛ specificatur p adiuncta:sicut dr̄ ferrarius:faber ligarius ꝛc.ꝛ inde dr̄ fabre aduerbium.consequenter nominat artifices sibi adiunctos dicens. Oediq̄ sibi socium Ooliab ꝛc. Sequitur.

f Et faciant cuncta q̄ ꝑcepi tibi tabernaculū federi ꝛc. Qualiter aūt ista fieri debeant p3 ex pdictis cū ageretur de singulis in speciali.

g Et locutus est. Hic agit̄ de causa finali.ad hoc em̄ fiebat tabernaculum: vt deputaretur diuino cultui q̄ pro magna parte consistebat in obseruatione sabbi

ti. de qua supradictū ē. xx. ca. verūtn̄ h replicat duplici de cā. Una ē qz possent credere filij isrl q licitū eēt facere op⁹ tabernaculi etiā in die sabbati. eo q tabernaculū ordinabat ad cultū dei. ideo ad hoc excludendū repetit h̄ p̄ceptū de obseruatōe sabbati. Scōa cā est ad ad

a Videns aūt ppl's. Post p̄ceptū d̄ cōstructione tabernaculi. h p̄mr describit supuenies impedimētū ex pcō ppli: z primo ponit ppli trāsgressio. secundo moysi excatio ibi. Facto aūt die altero. Circa primū primo ponit pcti ppetratio. Scōo ppetrati cognitio ibi. Locutus ē āt. Tercio cogniti examinatio. ibi. Arripiens &c. Quarto examinati punitio ibi. Videns ergo moyses. Circa primū d̄ sic.

a Videns autez ppl's. Dicit autem Rabi Sa. q̄ isti fuerunt egyptij puersi ad iudaismū qui ascenderunt cū iudeis d̄ egypto vt dictum est supra. xy. ca. et isti quia erat nutriti i ydolatria ad eam inclinauerūt magnā ptem de filijs israel.

dendū firmitatē p̄cepti qz exprimitur pena transgressiōis q̄ puto nō erat exp̄essa dicat igit̄.

b Videte vt sabbatū meū custodiatis. vacando diuinis.

i Quia signuz est inē me z vos videlicet q̄ sitis mihi peculiaris ppl's meo cultui specialit̄ applicatus. z ego vester deus.

k Qui polluerit illud. faciēdo opa preter illa q̄ supra determinata sunt. xx. capi.

l Morte moriatur. si fuerit testes cū cōuincentes. m Qui fecerit i eo op⁹. de q̄ nō possit cōuinci. n Peribit anima illi⁹ qz punietur grauius a deo in futuro: nisi penituerit z satisfecerit i vita p̄senti. ceta patēt ex supradictis vsq; ibi.

mēsamq; z vasa eius: candelabrū purissimū cū vasis suis: z altaria thymiamatis et holocausti z oia vasa eoruz labiū cū basi sua vestes sanctas in ministerio aaron sacerdoti z filijs eius: vt fungāt officio suo i sacris: oleum vnctōnis: z thymiama aromatū i scūario. Oia q̄ p̄cepi tibi faciēt. [9] Et locut⁹ ē dñs ad moysen dicēs. Loqre filijs isrl: z dices ad eos [b] Videte vt sabbatū meuz custodiatis: [l] qz signū ē iter me z vos i generationibus vr̄is: vt sciatis qz ego dñs q̄ sanctifico vos. Custodite sabbatū meū: sctm̄ est em̄ vobis [k] Qui polluerit illud [l] morte moriat̄. [m] Qui fecerit in eo op⁹: [n] peribit aia illi⁹ de medio ppli sui. Sex diebz fabricabis op⁹: i die septio sabbatū ē: requies sctā dño. Omis q̄ fecerit op⁹ i hac die: morietur. Custodiāt filij isrl sabbatū: et celebrēt illud in generationibz suis. Pactū est sempit̄nū inē me z filios israel: signūq; ppetuuz. Sex em̄ diebz fecit dñs celū z trā z i septimo ab omi ope cessauit. [o] Deditq; dñs moysi cōplet̄ huiuscemodi p̄moīb⁹: in mōte synai: [p] duas tabl'as testimonij lapideas scptas [q] digito dei.

¶ Cap. xxxij.

[a] Videns autez ppl's q̄ [b] moram faceret moyses descēdēdi de mōte: [c] congregat⁹ aduersus aarō dixit. Surge fac nobis deos qui nos p̄cedant. [d] Moysi enim huic viro qui nos eduxit de terra egypti: ignoram⁹ q̄d acciderit. [e] Dixitq; ad eos aaron [f] Tollite inaures aureas de vxoz filiozūq; z filiabz vr̄is auribz: z afferte ad me. [g] Fecit populus que iusserat: deferens inaures ad aaron. Quas cum ille accepisz [b] formauit ope fusorio z fecit ex eis vitulū p̄flatilē

than turbauit aerez. z ostendit similitudinē feretri dicēs q̄ mortuus esset moyses: z tunc populus concitatus fuit ad fabricandū ydolū: cuius nutu deuccrent̄ loco ducatus moysi. Sed hoc dictum patet ex textu esse confictum quia subditur.

d Moysi. n. huic viro q̄ &c. si em̄ vidissent mortis eius signa p̄dicta: magis dixissent q̄ fuisset mortu⁹: qz hec erat cā rōnabilis z efficatior ad querendū aliū ductorez. Qlit̄ etiā patebit falsitas hui⁹ dicti p sequentia.

e Congregatus aduersus aaron: quare nō fit hic mētō de hur quē cōstituerat moyses ad regimē ppli cū aaron vt dictū est s. xxiij. ca. Dicit Ra. Sa. q̄ populus interfecerat eū: eo q̄ ipm̄ argueret de tanto scelere.

f Dixitq; aaron. timore mortis assentiens eis lz non ex corde. f Tollite inaures aur. &c. credebat em̄ aarō q̄ vxores filij z filie grauiter ferrent: si acciperēt eoz ornamenta. z sic ex hoc z ex cupiditate iudeoz credebat impedire conatū populi: vel saltem retardare vsq; ad aduentum moysi: q̄ populū repāimeret.

g Fecit populus que iusserat. ex quo patet magna voluntas ydolatrandi non solum in viris. sed etiam in vxoribus z liberis: qui ita prompte ornamenta sua preciosa tradiderunt. b Formauit opere fusorio. In hebreo habetur: in stilo. quod exponit Rabi Salo. dicens q̄ aaron primo depinxit cum stilo in tabula formam vituli

o Deditq; &c. dicit ra. sa. q̄ p̄ceptū dñi de fabricatiōe tabernacli. z ceteris eis annexis fuit datū moysi post fabricationē vituli: lz scriptū sit p̄us: qz nō oia scribunt̄ eo ordine quo facta sūt. Dicit igit̄ q̄ p⁹ fabricationē vituli moyses ascendit ad dñm ad t̄p̄cādū p remissione tanti peti: vt h̄ sequēti ca. z qñ dñs fuit placatus p eius p̄ces: tunc in signū h⁹ dixit moysi q̄ faceret tabernaculum de oblatiōib⁹ ppli quas acceptabat quasi emendā sui delicti z p̄m hoc illud qd̄ h d̄. Cōpletis hmōi sermonib⁹. non refert̄ ad ea que dicta sunt de fabricatione tabernaculi z aliis annexis. sed solū ad illud quod dictū est vltio de obseruatiōe sabbati. vñ z in hebreo nō h̄: hmōi sermonibus: sed hoc solū: cū cōpleuisset loq̄ cū moyse. Secundū vo doctores nr̄os p̄ceptū de fabricatione tabernaculi z aliis p̄dictis datū fuit moysi sicut scriptum est añ fabricationem vituli. sed ꝓpter hmōi pcm̄ impeditum fuit opus. quousq; dñs fuit eis placat⁹: et sic libuiusmodi hmōib⁹. refert̄ ad oia p̄dcta a p̄ncipio. xxv. c. vsq; ad locum istū.

p Duas ta. tes. scriptas. Hm doctores nostros i vna tabula erāt scripta tria p̄cepta: in alia septē. Scōm hebreos vo in qualibet tabula erāt quinq; scripta. vt patebit ca. sequen.

q Digito dei. i. ope eius. z nō ope humano.

¶ Caplm. xxxij.

ꝛ tradidit artificiꝫ vt facerẽt ad similitudinẽ illius: qz apis qđ reputabaꝯ maximũ numẽ egypti apperat eis in egypto in spẽ thauri: vt dictũ ẽ ꝫ. viij. c. a Dixeruntqꝫ hi sunt dij tui. et q̃ pz magna insania ppli q̃ mirabilia in audita a deo facta in exitu eoꝝ de egypto attribuebat ydolo et lz eẽt vnũ ydolũ tm̃. tamen dixerũt hi sunt dij. ad fuerentiaz ydoli sicut magne persone de se loquuntur in plurali ad magnificentiã: vt nos precipimus: nos volumꝰ ꝛ hm̃oi.

b Qđ cũ vidisset aaron. Dicit Ra. Sa. q̃ vidit spũm vite in vitulo: sicut dr̃ ps̃. cvj. Et mutauerũt gl̃iam suã in similitudinẽ vituli comedentis fenũ. Sed patet manifeste. q̃ hec est fictio et scripture peuersio. si em̃ i vitulo fabricato spiritꝰ vite fuisset: scriptura nõ dixisz i similitudinem vituli: ꝫ in vitulum. Et ido aliter dicendum q̃ aaron vidit tantã voluntatem immolãdi victimas ydolo in populo: q̃ nõ poterat resistere. iõ sequit̃. c Edificauit altare. ad retardandũ immolationem: qz statiz sine altari immolasset. vel dr̃ Edificauit. s. ipe ꝛ nõ ppls. vt tardiꝰ fieret. vt dicit Ra. sa. qz si dixisset q̃ faceret i moñto sic fuisset factũ p̃ manꝰ multoꝝ. d Cras solẽnitas dñi est. nõ hodie. qđ dixit ad retardãdũ immolationez si forte interim veniret moyses: vt impediret eam.

e Surgẽtesqꝫ ma. obtu. bꝫ. añqꝫ veiret moyses: q̃ tm̃ venit eadẽ die. Et dicꝫ pz falsitas p̃dicte fictiõis. s. q̃ ppls fuit excitatꝰ ad ydolatriã: eo q̃ alẽa die p̃cedẽti horã sexta viderãt signa mortꝫ moysi: vt p̃dictũ ẽ: qz ad hꝫ seq̃t̃ q̃ ab illa horã vsqꝫ ad horã vesperaꝝ oia ista fuerãt facta successiue p ordinẽ. s. puocatio egyptioꝝ puersoꝝ: deceptio iuste oꝝ: occisio hui eos arguẽtis. assensus aaron timore mortis: petitio inauriũ: apportatio eaꝝ etiã ab extremitatibꝰ castrorũ q̃ occupabãt magnũ ẽre spaciũ: cũ essent ibi sexcenta milia viroꝝ absqꝫ mulieribꝰ ꝛ puulis. Itẽ formatio vituli: cõstructio altaris: ꝛ p̃clamatio crastine solennitatis: q̃ nullo mõ potuerũt fieri successiue in tãbre tpe. Et ex hoc pz q̃ plũbꝰ dieꝰ añqꝫ cõplerent̃. xl. dies p̃dicti inceperũt tractare istud negociũ. f Et sedit ppls mã. ꝛ bi. de immolatꝫ coram ydolo. g Et surrexerũt ludere. i. corizare ꝛ cãtare. vt pz ex sequentibꝰ: ꝛ hoc faciebãt in veneratione ydoli: qđ ptinet ad ydolatriã: vñ in hebreo hr̃ ꝛ surrexerũt illudere: qz ydolatria est illusio diuina.

h Locutꝰ ẽ aũt dñs. Cõsequent̃ ponit̃ peccati ppetrati cognitio. ꝛ pmo p̃ diuinã reuelationẽ: secdo p̃ sensus expientiam: ibi. Et reuersus est moyses. Circa pmum p̃mittitur peccati reuelatio: secũdo pene cõminatio: ibi. Rursũq̃. Circa pmũ dicitur. Locutus est autem dñs ad moysẽ reuelans ppli trãsgressionẽ dicens. i Vade descende. quia ad prelatum pertinet pctã subditoꝝ manifesta corrigere. Alit̃ expõit Ra. sa. dicẽs. Descende. s. a tua dignitate ꝛ gloria. qz sicut dignitas ꝛ gloria plati cõsistit in bonitate subditoꝝ: sm̃ q̃ dicit Job. xij. cano. Maiorẽ boꝝ nõ habeo gratiã q̃z vt audiã filios meos in veritate ambulãtes. ita delectio sui bonoris est in eorum peruersitate. k Peccauit populus tuus. q. d. tam nõ est meus: qz me q̃ ydolatriaz abnegauit.

l Recesserunt de via cito. tãq̃ istabiles i bono ꝛ pni ad malũ.

m Rursumqꝫ. Hic p̃ñr ponit̃ pene cõminatio cũ subdit̃.

n Cerno q̃ populus iste dure cer. sit. i. nõ recipies correctiõs.

o Dimitte me vt irascat̃ furor meꝰ. loquit̃ mõbumano: cũ filiꝰ offendit patrez: et pater tenens gladiũ quasi ad iugulandũ ipm̃ dicit alicui existẽti iuxta se. ne retineas me a p̃cussione: p̃h magis insinuãs cõtrariũ. s. q̃ velit retineri ꝛ ex hoc accepit moyses audaciã orandi p̃ ppl'o ad frenẽdũ dei vindictã

dicẽs. p Cur dñe ira. fu. tuus ꝫ ppl'm tuũ: quẽ fortitudinem tantã spãlẽ filiũ. sicut dictum ẽ supra. iij. ca. Filiꝰ meus p̃mogenitus isrl̃.

q Ne quesso dicãt egyptij ꝛc. q. d. Istud reuerteret i blasphemiã ꝫ te. Allegat etiã ad hꝫ dei pietatẽ dicens

r Quiescat ira tua ꝛc. q. d. tibi ꝓprium est parcere et misereri ꝛ nõ irasci. Allegat etiam consequenter merita patrũ dicens.

s Recordare abraã ꝛc. q. d. si ppls iste meruit mortꝫ in cẽdiũ: ecce abraã pr̃ eoꝝ ꝓpter amorẽ tuũ pectꝰ fuit in ignem chaldeoꝝ: si p gladiũ: ecce ysaac fuit paratus p te immolari: si meruerũt exiliũ: ecce iste tanq̃ exul fugit in mesopotamiã obediẽs patri suo ꝛ tibi.

t Quibꝰ iurasti p temetipm̃. q̃ es omnino immutabilis. et ideo iuramentũ tuũ debet inuiolabiliter teneri de terra chananeoꝝ danda semini eoꝝ: qđ tm̃ frustra fieret: si deleres populũ tuũ de terra.

v Placatusqꝫ est dñs. nõ q̃ penã omnino dimitteret vt pz ex sequẽtibus: ꝫ ne omnino deleret sicut dixerat. Dimitte me vt deleã eos. x Et reuersus ẽ. Hic cõsequent̃ ponit̃ peccati cognitio p experientiã. s. sensus visus ꝛ auditus p̃mittit̃ tm̃ reuersio moysi ad castra cuz dr̃. Et reuersus est moyses de mandato dñi: vt pz p p̃dicta. y Portans duas tabulas. quas dñs sibi tradiderat: vt pz ex fine p̃cedẽtis capituli.

a Scriptas ex vtraq̃ parte. dicit Ra. sa. q̃ vnica scriptura erat ibi. que tamen erat legibilis indifferenter ex vna pte sicut ꝛ ex altera qđ erat mirabile: qz littera ex vna pte figurata ordine recto in parte opposita appparet eius figura modo opposito. Vel potest dici: abisq̃ miraculo tali. q̃ littere erant duplices. Ita videlicet

q̄ p̄cepta erāt sculpta ex vna pte: z sīr ex altera, vnde subdit. b Scriptura q̄z dei erat sculpta in tabulis p̄m Aug. do in vna tabula erāt tm̄ tria p̄cepta: ideo vi cunt p̄cepta p̄me tabule q: ordināt hominē ad deum. In alia aūt tabula erāt alia septē q̄ ordinātur ad p̄ximum: ideo dicū tur p̄cepta secunde tabule. sc̄ sundū Ra. Sa. z tocto. hebraicos quinq; erāt scripta i vna tabula: et quinq; alia. Aliter tam distinguunt pcepta q̄ augustinus vt dictum est supra. xx. capitulo.

in manu sua[a] scptas ex vtra q̄z pte: z factas ope dmini. [b]Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabulis. [c]Audi-

Dt autem ista melius intelligantur expressi ea b̄ in figura.





c Audiens aūt. Hic p̄ponit cognitio pcti p̄ sensum auditus cū dr. d Ululat⁹ tc̄. Ex hoc p̄z q̄ iosue non fuerat ibi: s̄ remāserat iuxta mōtē expectans moysen: vt dictū ē s. xxiiij. c. e Vocē cātātiū ego audio. hoc autē meli⁹ cognouit q̄ iosue: tū p̄ protinuacitatē sensus: q: cuz cēt. cxx. annoz: vt dī Beu. vl. c. nō caligauit oculꝰ ei⁹ tc̄. z idez intelligit de alijs sensib⁹: tū q̄a ydolatria p̄pli erat sibi reuelata: iō melius potuit cognoscere clamorē ydolatrantiū Cōsequēter describit cognitio p̄ visum cum dr.

ens autem iosue tumultuz populi vociferātis dixit ad moysen: [d]Ululatus pugne audit in castris. Qui respōdit. Nō ē clamor adhortātiū ad pugnā: neq; vociferatio cōpellentiū ad fugaz: [e]sz vocez cantantiū ego audio Cunq; appropinquassz ad castra: [f]vidit vitulū z choros: iratusq; valde[p] iecit d manu tabulas et confregit eas ad radicē montis. [b]Arripiensq; vitulum quem fecerant: combussit z p̄triuit vsq; ad puluerez quē sparsit in aquā: [i]z dedit ex eo potū filijs israel. [k]Dixitq; ad Aaron Quid tibi fecit hic populus vt induceres sup eū peccatū maximum: [l]Cui ille respondit: [m]Ne indignetur dñs meus. [n]Tu em̄ nosti p̄pm̄ istū q̄ p̄nus sit ad malū. [o]Dixerunt mihi. Fac nobis deos qui nobis p̄cedant. Huic enim moysi qui nos eduxit de terra egypti: nescimus quid acciderit. Quib⁹ ego dixi: [p]Quis vestrū habz aurū: Tulerūt z dederūt mihi: [q]et proieci illū in ignē: egressusq; est hic vi

f Vidit vitulum tc̄. q̄a maginouēt animū visa q̄ audita. z iō sz fuisset iratus ex auditu pcti: magis tm̄ ex visu.

g Proiecit d manu tablas. reputās q̄ p̄pls cēt indignꝰ recipe legē dei digito scriptaz. Hec aūt fractio tabularū signū fuit euacuationis legaliū i aduētu xp̄i. h Arripiensq; tc̄. h̄ p̄nter describit pcti examinatio: qd debuit fieri añ punitionez q: nō oēs culpabiles erāt: nec equaliter: fit g̃ p̄ examiatio p̄ signū cū dr.

i Et ded. ex eo potuz filijs isrl. Dicit Ra. sa. q̄ iste aque potate erant no cie culpabilib⁹: causando i cis inflationē z languorem: p quē potcrāt ab cis discerni: alijs aūt erant dulces et vtiles sicut aque in sacrificio Zelotipie oñ debant per effectū culpā mulieris vel eius innocentiam vt bī Nume. v. ca. Alij aūt doctores dicunt q̄ color auri remansit circa ora eoz q̄ erāt culpabiles: ita q̄ barbe eoz videbāt auree z sic ab alijs distinguebant: sc̄do fit examinatio pcti p̄ minus responsum cū dr.

k Dixitq; moyses ad aaron. q̄d tibi fecit h̄ p̄plus: tc̄. ac si di. prius debuisses sustinere mortem.

l Cui ille rndit. humiliē dicens. m Ne indi. to. me⁹. q: responsio mollis frangit irā. n Tu em̄ nosti tc̄. p̄r multas experientias malicias hui⁹ p̄pli.

o Dixer mihi. sub cōminatiōe mortis ic̄ inkecerāt bur.

p Quis vestrū habz aurū: ac si diceret. p̄pter eoz auaricia m et petitione auri credidi eos a suo impetu retardare.

q Proieci il. in ig. z egres. est hic vit. dicūt alicī q̄ aaron proiecit aurū in ignem q̄ ibi periret. non vt ydolum fieret: sed opere dyaboli formatus est inde vitulus. Alij autem dicunt contrariū: vnde supradictum est: q̄ primo depinxit imaginē in tabula: z vr h̄ verius. q: timore mortis petijit ab eis aurum ad faciendum ydolum: et si dicissz

ñ ignem vt periret ex hoc fuissent magis ꝓuocati ad eoꝝ interficiẽdũ: qz priuati fuissent auro ⁊ ydolo. Itẽ ex hoc ꝙ statim edificauit altare: ⁊ solennitatẽ in crastinũ ꝓclamauit: iõ vr ꝙ dixerit mendacũ dicẽs. Egressus est hic vitulus. insinuãs ꝙ hoc esset ꝓter intentionẽ suã: nec oportet eũ excusari ꝺ̃ mendacio: cũ incõpabiliter peiora fecerit vt ptz ꝑ ꝓdicta: nõ tñ fuit punit⁹ morte qz nõ fecit ex cor: ⁊ duct⁹ mortis timore. r Videns ꝯ. B ꝓñr describit ꝓcẽ examinati punitio cũ dr. Videns ꝯ ⁊c. a ꝓciosis iocalib⁹: cui⁹ cã sbdit.

s Spoli.n. eũ aaron ꝓ ig. sordis. i. fabricationẽ vituli qđ noie sordis ⁊ ig̃nie appellatur i scriptura ve. testa. Aliq̃ exponũt istã denudationẽ ꝓter sceleris manifestationẽ: vñ factũ aptum dr denudatũ.

t Et stãs in porta castroꝝ: qz i portis ciuitatũ antiq⁹ dabant sniez iudicia. v Dit si qs est dñi. i. bñs zelũ ad vindicandũ eius obꝓbrium.

a Jungat mihi. ad faciendũ vindictã de peccatoribus

b Cõgregati sunt ad eũ oẽs filij leui. Ex hoc dicit ra. sa. ꝙ nullus de filijs leui erat culpabilis in fabricatione vituli: ꝯ hoc nõ cõsonat lre: tũ qz aaron q̃ erat ꝓncipalis in illa tribu post moysen: tñ nõ fuit oino sine culpa vt visum est tũ qz subdit. c Jte ⁊ redite de porta vsq; ad portam. Diligenter querẽdo trãsgressores ꝑ signa ꝓdicta. Et occidat vnusq̃sq; fratrẽ suũ ⁊c. Itẽ infra subdit. d Cõsecrastis bo. ma. vras. s. faciendo vindictã zelo dei.

e Unusq̃sq; i filio ⁊ fratre suo. ex quib⁹ vr ꝙ aliq̃ de leuitis fuerũt interfecti tũc sicut trãsgressores in pcto vituli: ⁊ ideo alit ꝓt dici ꝙ cũ dr. Omnes filij Leui est vsitatus modus loquẽdi q̃ accipit maioꝝ ps ꝓ toto: sicut dr totũ collegiũ facere qđ maioꝝ ps facit. sacra ei scriptura frequenter vtit modis loquendi inter boies vsitatos. vñ Judic. xx. dr. Congregati sunt oẽs filij isrl quasi vir vnus ⁊ tamẽ nõ fuerũt ibi viri Jabes. Galaad: vt ibidẽ subdit. c. xxj. Qui tñ vult sequi dictũ Ra. sal. põt soluere ꝓdicta sicut ipse soluit dicẽs ꝙ frater ℔ accipit ex ꝑte matris tñ. moꝛ tuo eñ leuita vroꝛ sua potuit contrahere cũ viro alterius tribus: et filius inde natus nõ erat leuita: qz denominatõ tribus accipit ex ꝑte patris. et tñ erat frater leuite. s. filij prioꝛis viri. silr hic dr filius nepos leuite q̃ erat filius filie sue cõiuncte viro alterius tribus ⁊ sic nõ erat leuita. Fecerũt filij leui. obediẽtiã moysi zelo dei.. Ceciderũt in illa die quasi. xxiij. milia. In hebreo br tria milia. quaz diuersitatẽ aliq̃ sic ꝯcordãt dicẽtes: ꝙ in hebreo numerant tm̃ illi q̃ fuerũt ꝓncipales in trãsgressione ⁊ ad trãsgrediẽdũ alios inducentes: ℔ cũ istis de alijs tot fuerunt occisi ꝙ ascendebat numerus ad vigintiria milia. Aliter etiã ꝯcordat ꝝ dicta Ra. sa. vt videbit in fine huius ca.

f Facto aũt die altero. Hic ꝓñr ponit moysi dẽpcatio: ⁊ scdo dñi respõsio: ibi. Cui rñdit dñs. Circa ꝓmũ primo ondit ꝓpter grauitatẽ pcti ꝑpetrati dicens.

g Peccastis pctm̃ maximũ. sicut em̃ in humanis ille q̃ bonoꝛẽ regiũ attribuit alteri maxime peccat in dignitatẽ regiã: qz quantum est in se subuertit totũ regnũ. ita q̃ boꝛem latrie soli deo debitũ attribuit ydolo maxime peccat ℨ deũ. Sed quer̃t hic quomodo moyses dixit populo

Peccastis. cũ peccatores iã essent exterminati: Dicendũ q̃ lz illi q̃ fuerũt ꝓncipales ⁊ ydolatrãtes ex corde eis cõsentientes fuissent occisi: nõ tñ oẽs cõsentientes timoꝛe: ac etiã q̃ potuissent ipis resistere ⁊ nõ resistẽt quib⁹ tñ pctm̃ imputatur. Põt etiã aliter dici ꝙ pctm̃ ꝓpetratũ a parte alicui⁹ cõmunitatis bñ imputat toti cõmunitati q̃tum ad pnã infligendam vel q̃tũ ad bonũ subtractionẽ: et ℔ timebat moyses ne ꝓpter peccatũ multitudinis aliq̃ innocẽtes punirent et diuina beneficia a toto populo sibi traberent.

ysi: ceciderũtq; i die illo q̃ viginti ria milia hominũ. Et ait moyses. h Consecrastis manus vras hodie dño i vnusq̃sq; in filio ⁊ i frẽ suo vt det vobis bñdictio. k Facto aũt altero die locut⁹ est moyses ad ꝓplm̃. l Peccastis pctm̃ maximũ. m Ascẽdã ad dñm si quo mõ quiuero eũ dẽpcari ꝓ scelere vr̃o. Reuersusq; ad dominum ait. n Obsecro: peccauit popul⁹ iste peccatũ maximum: fecerũtq; sibi deos aureos: aut dimitte eis hãc noxã: o aut

b Ascendam ad dñm. Ex quo ꝑz ꝙ ꝓdictã occasionem nõ ꝓcepit nisi ex zelo iusticie ⁊ honoris diuini.

i Si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vr̃o. ne. s. ꝓ ipo deleat vos vel subintraꝛet sua bñficia lz eñ ꝓus dictũ sit ꝙ placatus erat dñs in hoc ꝙ nõ deleret totum populũ sil ⁊ subito nõ tñ erat assecuratus moyses quin deleret ꝑ ptes.

k Obsecro peccauit populus iste. in oratione sua ꝓmo confitetur peccatum: quia confiteri culpam via est ad veniam.

l Aut dimitte eis hanc noxam. non solum remittendo culpam sed etiam conferendo beneficia a te prius inchoata. scilicet in dedicatione huius populi ad terram promissionis: et reparatione legis que facta erat in tabulis.

m Aut si non facis dele me de libro tuo. Dicit Rabi Salomon. ꝙ iste liber intelligitur lex que denominatur a moyse: eo ꝙ fuit eius minister. Vñ dicitur Deutero. xxxij. capitulo. Legem precepit vobis moyses. ⁊ Jobannis. j. Lex ꝑ moysen data est. Est igitur sensus ꝓm eum. Dele me de libro. scilicet vt lex non denominetur nomine mee nisi populus iste tibi reconciliet̃ sed hec expositio non consonat litere sequenti: cum dicit: Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Et ps. lxviij. Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur. Ex quo patet ꝙ predicta dilectio intelligit̃ de omnibus peccatoribus et tamen ab eis non est lex denominata et ideo per librum illum non intelligitur lex: sed liber vite de quo deletur peccatores et iniqui. Sed tunc occurrit duplex difficultas. Prima est qualiter aliqui deleantur de libro vite: cum sit idem quod diuina predestinatio que est immutabilis ⁊c. Ad quod dicendum ꝙ in libro vite dicuntur aliqui scribi dupliciter. Uno modo simpliciter inquantum predestinati sunt in noticia diuina vt ordinati ad vitam eternam ex dei predestinatione: et sic scripti nunq̃ delent̃. Alio modo dicuntur scripti ꝓm quid. scilicet non ꝓm diuinam predestinationem seu ordinationem: sed ꝓm dispositionem in eis existentẽ. s. ꝓm ꝑsentem iusticiã: qa exñtes in gratia ex ℔ sunt digni vita eterna: ⁊ ad eã ordinati ꝓm dispositionem que actu est in ipis: sed quia

aliqñ cadũt a gr̃a sic dicũt̃ ꝛeleri: ita ꝙ ista ꝛeletio ñ refert̃ ad diuinaz noticiã: ita ꝙ aliqd ignozet qđ p̃us nouerat: ꝫ ad mutationẽ ꝛe gr̃a ad culpã i hoib⁹ exñtez. Scđa dubitatio est quõ moyses potuit petere ꝛeleri ď libro ꝛei nisi dñs remitteret peccatuz populi qz si accipiatur scribi sim pliciter in illo libro impossibilis est ꝛeletio: vt visuz ē. supra i impossibile autem non cadit appetitus nec per cõsequens petitio cum moyses sciret talem impossibilitatem. Si autem accipiat scribi ꝑm ād ꝛeletio est ei opposita p hoc ꝙ aliq̃s p pctm̃ mortale cadit a gratia: z sic moyses qui erat sanctus

si nõ facis: ꝛele me ꝛe libro tuo quẽ scripsisti." Cui rñdit dñs° Qui peccauẽrit mihi ꝛelebo cum ꝛe libro meo Tu aũt vade z duc populũ istũ q̃ locut⁹ sum tibi. ᵖ Angel⁹ meus p̃cedet te. ᑫ Ego aũt in die vltiõis visitabo z ꝫ pctm̃ eoz. ʳ Percussit ãt dñs pplm̃ pro reatu vituli: quẽ fecerat aaron.

elegisset ꝛeum offendere p peccatum mortale: nisi peccatum mortale ꝑpo remitteret. qđ est incõueniens cũ sit ꝺ charitatẽ. Dicunt igit̃ aliq̃ ꝙ moyses hoc dixit ex ipetu passionis: nõ ex ďliberatõe rõnis. Sz ꝫ nõ vr̃ cõueniẽt dictũ qz sequeret̃ ꝙ moyses accessisz ad loq̃n dũ cũ ꝛeo: vbi req̃rit̃ trãquillitas meũ qui ꝑm eos fuit passionib⁹ pturbat⁹: iõ alit̃ dicit aug. ꝙ moyses ꝫ dixit ex cõfidẽtia z familiaritate diuina: vt sit sensus: sic̃ certus sum ꝙ nõ ꝛelebis me ꝛe libro tuo. ita petovt certifices me ꝙ remittas nobis istã ꝑpo. Hec aũt exposituꝫ aliquãtulũ extranea a litera. et iõ aliter põt dici ꝙ vbũ moysi p̃dictũ est ipsius rõnis ꝓponentis dispositionez ptis inferioris aie. Iz nõ esset ita in volũtate rõnem superiorem sequentẽ: sicut saluator petiuit trãsferri calicem passiõis ab eo: licet simpliciter vellet pati: ita moyses volens ostendere magnũ affectũ ad remissionem pcti pplí: dixit. Aut ꝛele me ꝛe. licet simplicit̃ nullo mõ vellet ꝛeleri: et hoc mõ cõtingit in humanis ꝙ aliquis petens ab alio aliquid cum magno ꝛesiderio dicit. aut facies hoc: vel auferas mihi vitam. licet magis vellet carere non solũ illo quod petit sed etiam multis aliis q̃ vita: et tali modo loquendi qui dr̃ hyperbolicus vtit̃ frequenter sacra scriptura: nec est ibi falsitas: qz talib⁹ locutiõib⁹ vtitur nõ ad significãdũ illud qđ ꝓ oratõnẽ importat̃ q̃tũ ad plenã significatũ sicut Judicum. xx. dr̃ ď filijs beniamin. ꝙ fundis ita ad certũ iaciebant lo cum vt capillum possent pcutere: z nequaq̃ in alteraz ptẽ ictus ꝛeferret̃ lapidis. p qđ intelligit̃ ꝙ erãt boni fondibulary notabiliter z nõ plus.

n Cui rñdit. Hic ponit̃ dñi responsio. z ꝑmo breuit̃ z in generali. scđo magis explicite z in speciali in ꝓncipio sequentis ca. Circa ꝑmũ dñs i sua rñsione ꝑmo remouet alterã ptẽ diuisiuctiue quã ꝓposuerat moyses di.

o Qui peccauerit mihi ꝛelebo eũ. q. d. non te ꝛelebo: qz nõ peccasti: scđo rñdet ad petitionem dicẽs. Tu autem vade ꝛe. sequitur.

p Angelus meus p̃cedet te. ducẽdo ad terrã ꝓmissionis: ista tñ respõsio magis explicat̃ sequenti ca.

q Ego aũt in die vltionis visitabo z hoc peccatũ eorum. Ex quo patet ꝙ nolebat dimittere absq̃ punitõne volebat tñ dimittere z differre ita ꝙ nõ ꝛelereꝫ populus totaliẽ z sil̃. Ex hoc aũt dicit Ra. sa. ꝙ in omni infortunio quod postea accidit iudeis solutũ est aliq̃d ď pena ꝛebita p pctõ illo. et in ꝫ etiã cõueniũt aliq̃ exposito res nr̃i dicẽtes: ꝙ p die vltionis intelligit̃ ꝫ captiuitas babylonica vel romanoꝝ: sed hoc non videt̃ consonare lre ve. testa. ac noui. qz sequenti cap. dicit̃. Qui reddis iniquitatem patrũ filijs ac nepotibus in terciam et quartam generationẽ: z in pluribus alijs locis ꝛeteris testamenti idem habetur: ita ꝙ videtur ad non plus se extendere vindicta ꝛei nisi r̃spectu alicuius pcti determinati: captiuitas aũt babylonica fuit longe post quartam generationem quia a fabricatione vituli vsq̃ ad captiuitatem babylonicã fluxerunt nongenti anni vel circiter: z vita humana iam erat reducta ad centuz annos vel centũ viginti in plus z in paucis hominibus et multo plures fuerunt anni vsq̃ ad captiuitatem factam p romanos que fuit anno quadragesimo secundo post passionem xp̃i. Item Luce. xix. Saluator loquens ꝛe ista captiuitate futura ꝑm omnes expositores dicit. Videns ciuitatem flevit super illaz. et subditur. Venient i te dies z circũdabũt te inimici tui vallo: et coangustabũt te vndiq̃ z ad terrã prosternent te et filios tuos q̃ in te sunt Cuius cã subdit̃ eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tue. s. per xp̃m tibi predicantem: ita ꝙ captiuitatis facte per romanos causa fuit malicia iudeorum Xp̃m non recipiẽdo. sed ipsum crucifigendo. Et ideo dicere ꝙ causa huius captiuitatis fuit pctm̃ vituli. nõ bene cõsonat veritati euã gelij: iõ aliter dicẽdũ ꝙ dies vltionis ꝫ accipit̃ ꝑ mortalitate quã induxit dñs sup populũ israel post occisionez factam p leuitas. vñ statim subdit̃

r Percussit autem dominus populum pro reatu vituli Unde dicit Rabi salo. ꝙ populus post adorationem vituli fuit punitus triplici morte: prima fuit i potu aque ď q facti fuerunt morbidi z inflati: et etiã aliqui statiz mortui Secunda fuit gladio leuitarũ. Tercia mortalitate a deo immissa ꝛe qua dicitur. Percussit ergo dominus populũ Et per hoc vno modo soluitur contrarietas predicta de tribus milibus et ꝛe viginti tribus vt dicat̃ ꝙ gladio leuitarum ceciderunt tria milia. Alijs aũt punitionibus tot ceciderũt ꝙ in vniuerso bene ascenderũt ad viginti ria milia. Potest etiã dici aliter ꝙ dies vltionis hic accipit̃ iudicium futurũ: quod in pluribus locis sacre scripture vocatur dies vltionis. non eñ omnia punit ꝛeus in presenti sed multa reseruat extreme vltioni: z sic ꝑs illius punitionis vsq̃ tunc reseruat̃.

¶ In ca. xxij. vbi dr̃ in postilla. Videns aũt populus.

¶ Additio. j. Non fit mentio in litera ꝛe hoc qđ dicit Ra. sal. s. ꝙ egyptij q̃ ascenderunt cũ iudeis ď egypto incitauerunt filios isrl̃ ad ydolatriã: ꝫ ꝑpo hoc cõiter attribuit. cũ tñ scriptura cõsueuit exprimere sic̃s incitatiões cum cõtingit. vñ Hume. xj. vbi agit̃ ď pctõ ꝑpi in loco q̃ vocatus est. Sepulchra cõcupiscentie: qđ quidem pctm̃ fuit incitatũ p egyptios inter eos mixtos dñ in lra. Vulgus quippe promiscuuz quod ascenderat cum eis flagrauit ꝛesiderio carnium ꝛc. quod etiam in ꝓposito exp̃ssisset: z ideo dictum Rabi salo. in hoc loco nullum habz fũdamentum.

¶ In eodẽ ca. xxxij. vbi dr̃ in postilla. Quare non fit hic mentio ꝛe Hur ꝛc.

¶ Additio. ij. Xp̃o ꝙ ꝫ nõ fit mentio ď hur: non sequitur ꝙ fuit interfectus a populo eo ꝙ ipsum arguerat ď scelere: possibile eñ est ꝙ preuentus fuisset morte naturali vel aliter impeditus: sic ꝙ non interuenisset in illo actu: non eñ est verisimile ꝙ scriptura pretermisisset exp̃mere actum tam uirtuosum z narratione dignũ et exemplarem. Aaron etiaz hoc retulisset moysi in suã excusatõnem: sil̃r z moyses redarguisset populũ ꝛe homicidio tãnephando: nullum tamen istoꝝ legitur: vñ dicta Ra. sa. i hoc loco sũt ficticia: ꝓut sequũtur eum in hoc alij expositores hebreorum.

¶ In eodem capitulo. xxxij. vbi dicit postilla. Quod cuz audisset aaron.

¶ Additio. iij.

LIcet infamia ppli circa cultū isti⁹ ydoli z eius venerationē maxima fuerit nō tñ verisile est q quātūcunq; appetitus in eis corrūperet q iudiciū rōis tātū in se extinctū fuisset q iudicassz rē penit⁹ inanimatā fuisse deū: nisi in ea apparerēt aliq signa mōstruosa vel q̄si miraculosa. vñ q̄dā dicūt z verisil⁹ q ille vitul⁹ videbat exercere quedā opa similia opib⁹ vite: sicut est comestio z hmōi: quod potuit esse opatione demonū qui in vitulo fabricato hoc faciebāt vt eos attraherent ad ydolatriam: sicut solent facere dando responsa in ydolis vt homines decipiant: prout communiter traditur in legendis sanctoz. et sic ille vitulus aureus nō erat verus vitulus: sz in q̄ntū videbaē comedere fenum: dicitur in ps. cv. fuisse in similitudinē vituli comedentis fenū. ad hoc etiā facit illud qđ aaron dixit moysi. Egressus est vitul⁹ iste ꝛc. vt infra patebit.

¶ In eo. ca. xxxij. vbi dī in postilla. sm Rabi salo. z alios doctores hebreos.

¶ Additio. iiij.

SCōm doctores hebreoz tres quatuoz pcepta erant in prima tabula: primum. s. Ego sum dominus. secundū. Non erunt tibi dij alieni. tercium. Nō assumes nomen dei tui inuanum. quartum: Memento vt die sabbati sanctifices. Cetera vo sex in scōa tabula: quoz primū est. Honora patrē ꝛc.

¶ In eodē capitulo. xxxij. vbi dicatur in postilla. Hec autem fractio tabulaz.

¶ Additio. v.

FRactio tabulaz nō videtur esse ppria significatio euacuationis legaliū in aduentuz xpi: principalia eīm que in tabulis ꝓtinebāt erāt moralia z valde ꝓpinqua iuri naturali: que nō sunt euacuata in aduentu xpi. sed melius videē dicendū q fractio tabulaz significat translationē legis: de qua ad hebre. vij. Translato sacerdotio necesse est vt trāslatio fiat legis. vnde ꝑme tabule significabāt legē veterē impfectā quā irritauerūt transgressores: scōe vo tabule q̄ facte sunt post reconciliationē significāt legē nouā p quā ppli⁹ eius est deo reconciliatus.

¶ In eo. capō. xxxij. vbi dī in postil. Q deo videtur q dixerit mendaciū.

¶ Additio. vj.

LIcet quidā eoz expositores teneāt q aaron non peccauit in facto vituli: introducētes quasdaz rationes friuolas ad quoz euacuationē sufficit auctoritas scripture infra Deut. ix. vbi de hac materia tractās dicit. Aduersuz q̄s aaron ꝛc. ex q̄ pz manifeste aarō i hoc casu grauiter peccasse: nō tñ vr dicendū ꝑut q̄dā volūt q peccassez pctō ydolatrie: qđ q̄dā pctm est maximū simplr inē pctā vt hz in glo. Leui. xv. Aaron cīm non legit adorasse nec coluisse vitulū: nec alios ad hoc induxisse sz solū fecisse z fabricasse vitulū: z qz in hoc minus recte occasionē dedit aliis ydolatrādi: idcirco ꝑprie cōmisit peccatū scādali actiue: iq̄tū ex tali facto iordinato aliis pbuit occasionē ruine. Circa qđ attēdēdū q talis ruina ipli ñ fuit ab eo intenta: qđ pz sic: nā ppli⁹ ab aaron nō petiuit: vt faceret sibi deos q̄s colerent seu adorarēt ꝫ dixerunt. Surge fac nobis deos q̄ nos p̄cedāt ꝛc. s. ad ducatū itineris: vt nubes vel angelus solebat eos p̄cedere in via q̄b⁹ nō debebaē diuin⁹ cultus: ex ꝓnitate tñ ipli ad malū fcō vitulo z appentib⁹ in eo opatiōe dyaboli aliquib⁹ similitudinib⁹ operū vite. vt ꝫ. dictū ē. statim adorauerūt z dixerūt. Hi sunt dij tui isrl': z sic ydolatria populi fuit oīno p̄ter mentē aaron secuta: sicut nec in ꝑma petitiōe populi hoc includebaē: vt dictū est. Et huic sententie cōsonat planus sensus lre: nā cū moyses dixisset ad aaron. Quid tibi fecit ꝫ populus vt induceres sup eū pctm magnū: in quib⁹ verbis videbaē moyses attribuere ipi aaron q induxisset ppli⁹ ad ydolatriā qđ est simplr pctm magnum vt dictū. Ad hoc rñdit Aaron excusans se ab ꝫ q populū ad ydolatriā induxisset dicēs. Tu eīm nosti ppli⁹ istū q̄ pnus sit ad malū ꝛc. q̄b⁹ verbis bñ cōsideratis aaron nō excusauit se p timorē dicēs. Timui ppli⁹ sicut saul. j. Reg. xv. ꝫ ex ꝓnitate ppli ad malū. q. d. hoc peccatū tāmagnū ex ꝓnitate eoz ad malū processit ñ ex inductione nec intētione mea: quod aaron ꝓbauit ex hoc qđ sequiē. Dixerūt mihi fac nobis deos q̄ nos p̄cedant ꝛc. non petierunt a me deos ad colendum vel adorandū: absit enim a me q hoc facerem. et sequitur Egressusq; est vitulus iste. s. in tali similitudine vite q populum inclinauit ad ydolatriam: vt dictū fuit supra eodem capi. in additione. iij. nec curauit aaron exprimere q ipse formasset ope fusorio vitulum: qz hoc nō fuit motiuū principale erroris populi: sed similitudo vitalis que in eo erat: z sic compendiose narrauit ea q̄ ipse fecerat vt in glo. Ex quibus pz q aarō excusauit se a peccato ydolatrie quod est maximum non tamen a peccato scandali actiui: quod quidem scandalum fuit per accidens non p se: eo q fuit p̄ter intentionem vt dictum est: nec etiā mendacium locutus est moysi: esset eīm absurdū q p mendacia excusaret se a Moyse qui a deo nouerat veritatem facti: vnde augustinus in hoc loco ꝓut i glosa compendiose locutus ē aaron: nō dicens q ipse formauit vt exiret an excusatōnis causa timendo mentitus est: tanq̄ in ignem periturum aurum ꝓiecerit atq; ipo nō idem agente forma vituli iō exiuit: quod non est credendum: quia nec latere moysen posset verum cum quo deus loquebatur z fratrem de mendacio nō redarguit. Hec ille. Patz ergo ex sententia augustini q non est dicendum q mendaciē fuit locutus Aaron. tum quia loquebatur cum illo qui sciebat veritatem a deo. s. moyse tū quia non fuit redargutus a mendacio z cetera. Si autem queratur quid intendebat aaron in fabricatione vituli cū ipe faciebat q vitulus ille nō posset deducere populū: nec etiaz intendebat vt adorareē vel coleretur vt deus. Ad hoc ꝑ test dici q forte intendebat illudere populū qui ipsum aaron incitabat ad faciendū illud quod manifeste excedebat potentiā suam. s. facere deos qui eos precederent quod videtur ridiculum. et isto modo legiē de belya qui illudendo ꝓbetas baal. vt patet. iij. Regum. xviij. dicebat eis. Clamate voce maiori: deus enim vester in diuersorio est forsitan loquiē aut certa dormit: vt excitetur. Sciebat eīm belyas q̄ ista que dicebant de baal non erāt vera: z tamen vt estimationem prophetarum baal ostenderet esse fatuam z inanem sic illudebat eos. Similiter in ꝓposito cum aaron sciusset ipm non posse facere qđ petebant finxit se tñ hoc attēptare seu facere formando vitulum quem sciebant inutilem ad hoc quod petebant ipi vt estimationem eoz vanam esse ostenderet: quo quidem fabricato. quia q operationem dyaboli in eo apparuerunt aliqua opera similia operibus vite vt dictum est: populus ex sui ꝓnitate ad malum adorauit. vnde licet intentio aaron in hoc non fuerit peruersa factum tamen eius fuit minus rectum tanq̄ habens speciem mali a quo est abstinendum: iuxta doctrinaz apostoli. j. thesal. v. Ab omni specie mali abstinete vos ꝛc. ꝑsertim cum ipse nouisset ꝓnitatem populi ad malum z sic aaron precauit peccato scandali: quia per suum factum minus rectum ꝓbuit populo occasionem ruine. nec est simile de verbis belye ad ꝓphetas baal: dicta eīm belye predicta non ꝓbuerunt occasionem rume ꝓphetis Baal: quia iam ipsi erant pessimi ydolatre: sed hoc factuz Aaron licet non prebuerit causam ꝑfectam ydolatrādi: prebuit tamen occasionem: in quo manifestum est q grauiter peccauit non peccato ydolatrie vel mendacij sed peccato scandali actiui vt dictum est: quod quidem peccatum aaron non celauit a Moyse sed confessus est cum resp̄ōdit. Ne indignetur dominus meus. q. d. lz merear indignationē ex facto inordinato tamē

factū sic cōtigit. Tu eñ nosti. exponaē vt ꝫ. vñ ⁊ moyses nō replicauit redarguēdo eū de mēdatio nec de pec cato magno ydolatrie: ꝫ orauit deū ꝓ ipō seorsū a ꝓplo ⁊ nō cū tanta instātia orationis vt pz Deuē. ca. allegato. eo q̄ longe mīº peccauerat q̄ ꝓplis: si eñ a pcto a moyse sibi ipōsito se p mendacia excusaret puersus se bīet q̄ ꝓplis q̄ vindictā diuinā a moyse illatā patienter sustinuit: de q̄ nō legit ꝓplm restitisse nec murmurasse. ex qua q̄dē expositione lre ꝓsona tollit quedā obiectō maliciosa q̄ q̄dē nō bñ sentiētes in ꝫ loco inducūt dicētes: quō aaron ydolatrare fecit totū ꝓplm nec pctm̄ suum ꝓfessus est ꝫ potiº ꝓ mēdatia se excusauit: statiz fuit assumptus ad summū sacerdotiū nulla mentione facta de pnia interposita: que quidez obiectio manifeste assumit falsum: vt pz ex dictis. Nec tñ pctm̄ aaron dz multū aggrauari ex magnitudine nocumēti qđ in ꝓplo fuit subsecutū: q⁹ euentus sequēs nō addit ad maliciā seu bonitatē actus nisi sit ꝓuisus ⁊ intētus ab agente: vt i ꝑma scde. q. xx. arti. v. i cor. q. qđ nō fuit in ꝓposito vt dictū est. Cōcordat etiā buic sniē qđ immediate sequit. Videns ꝙ moyses ꝓplm q̄ nudatº essz ⁊c. spoliauerat eñ eū aaron ⁊c. Circa qđ cōsiderādū q̄ si ꝓplis ex inductione aaron peccassет vt cōtrariū opinātes dicūt: ꝓplis fuisset excusabilis saltē a tāto: cū i abntia moysi ipsi aaron debebāt obedire tanq̄ rectōri: et sic principalitas bº pcti erat attribuēda ipsi aaron tanq̄ principali actori ⁊ inductori: populo ꝫo ex cōsequenti: ꝙ q⁹ sic ñ contigit in facto vt dictū est. ideo hmōi peccatū principaliter fuit in populo cui etiā principalit pena debebatur: qua rōne moyses tanq̄ iudex rectus primo reꝙsiuit vtrū aaron induxisset populū ad peccandū dicens Quid fecit tibi populus vt induceres sup eū peccatū magnū: postq̄ ꝫo certificatus est de opposito ꝙ respōsione aaron mō supra exposito: statim misit manū ad exercendā vindictā in trāsgressoribus. vñ legit. Stās i porta castroꝝ. vñ ꝫba ꝓdicta cū dr. Videns ꝙ moyses populū q̄ esset nudatus ⁊c. intelligenda sunt de manifestatione sceleris ꝓut in scda expositione postillatorº ⁊ est sensus q̄ vidit moyses ꝑ inquisitionē supradictā q̄ hmōi scelus manifeste seu aperte erat in populo. vñ q̄ dicit. Nudauerat eñ eū aaron. intelligitur q̄ aaron aperuit moysi facti veritatem vt dictum est. Si autez dicatur q̄ moyses nō debuisset credere aaron in hoc facto q⁹ loquebaē ꝓ se. Dicendum q̄ moyses rōnabiliē confidebat a aron in hoc q̄ si forte illud peccatum magnū ex fragilitate vel alīs commisisset nō illud celaret: sed potius confiteret ⁊ peteret veniā ꝑsertim Moysi quē sciebat esse verum ꝓpheta dñi: vt dictū est. licet eñ q̄nq̄ cōtingit vt sancti viri incurrāt magna peccata tñ cū a deo vl eius nuncio reꝯrunt statī cōfitent vt legit de dauid. ij. Reg. xij.

¶ In eodē ca. xxxij. vbi dr in postilla: ⁊ hoc dicit Rabi Sa. q̄ nullus de filijs leui.

¶ Additio. vij.

s Moriatur aia mea cū philistijm. z accipitur hic aia p toto cōposito qō est corruptibile: licz aia sit immoralis. non.n. sanson intendebat se occidere p se. s tm̄ p accidens: qz nō poterat blasphematores nominis diuini occidere nisi seip̄m cum eis occidendo. Preterea voluntas dñi erat q hoc fieret quod patz p hoc q fortitudinē mīraculose sibi reddidit ad hoc faciendū: quilibet aūt debitor ē mortis ipi deo: z hoc debitū pōt repetere qn̄ vult z quō vult. z iō sanson non peccauit se cum alijs occidendo ex dei voluntate z instinctu diuino. Credendū est etiam q de peccatis priꝰ per penitentiā fuit: z q illa mozs pena peccatorum suoz fuit: quā nō solum acceptauit sed etiaz p ea dñm rogauit. z ideo computatur in catbalago sanctoz: ad Hebre.xj. Moraliter sanson nazareus ē hō p baptismū dño consecratus. Dalida que situla interpretatur est sensualitas: per quam voluntas carnis q̄si per situlam bauritur. Per hāc sanson decipitur: quia per sensualitatem homo aliquando a gratia in baptismo recepta deijcitur. Septem crinibus denudatur: qz septem donis spūssancti spoliatur. Oculis priuatur p mentis excecatōem. Catbenis ligatur per peccādi assuefactionē. Carcere clauditur per obstinatiōem. Sz tunc capilli eius incipiunt recrescere. quando diuine faciei respectu incipit penitere. Qui moriens triumphat de hostibus quia moriendo peccato triumphat de demonibus.

¶ Cap̄m.xvij.

et aug [illegible]

Samson in manus nr̄as. Qō etiā ppls videns laudabat deū suuz: eademqz dicebat. Tradidit deus nr̄ aduersariū nr̄m in manꝰ nr̄as [n] q̄ de leuit trā nr̄az: z occidit plurimos. Letātesqz p cōuiuia sumptis iam epulis [o] pceperūt vt vocaret sanson: z añ eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos fecerūtqz eū stare inter duas colūnas. [p] Qui dixit puero regenti gressus suos [p] Dimitte me vt tangā colūnas quib⁹ oīis imminet domꝰ z recliner sup eas z paululū requiescam. Domus autez erat plena virozum ac mulierum: z erāt ibi omnes pn cipes philistinoz ac ō tecto z solario circiter tria milia vtriusqz sexus spectātes ludentem sanson. [q] At ille inuocato dño ait. Domine deus memēto mei z redde mihi nunc fortitudinez pristinaz deus meus [r] vt vlciscar me de hostibus meis et pro amissione duoz̄ luminum vnā vltionem accipiam. Et apprehendens ambas colūnas quib⁹ innitebat domꝰ: alterāqz earum dextera z altera leua tenens ait: [s] Moriatur anima mea cum philistijm. Concussisqz fortiter colūnis cecidit domus sup omnes principes z ceteram multitudinez que ibi erat. Multoqz plures interfecit moriēs: q̄ ante viuus occiderat. Descendētes autem fratres eius et vniuersa cognatio tulerunt corpus eiꝰ z sepelierunt inter saraa et esthaol in sepulchro patris sui manue: iudicauitqz isr̄l viginti annis.

Cap̄m.xvij.

[a] Fuitqz eo tpe vir qui dā in monte ephraim nomine michas: q dixit matri sue. [b] Mille centū argēteos

Liber vltimus

Fuitqz eo tpe. Hec est vltima ps principalis huius libri in qua agit de quibusdā casib⁹ tpe iudicū accidentib⁹. Et sunt tres casus. Secundus ponit capitulo. Tercius ponit in libro ruth q̄ fm hebreos antiquos nō est liber distinctus a libro iudicū: vt pt̄z p hiero. in prologo galeato. Circa primū dubitat quo tpe accidit casus miche: z dicūt exp̄ositores nostri cōiter q accidit p⁹ mortē Josue anteqū surgerēt iudices z ad hoc pbandū inducūt q̄ hic bis dicit. In diebꝰ illis non erat rex in isr̄l vē. qz tūc nō erat rex vel iudex q̄ errata corrigeret. Dicunt etiā q hec hystoria hic describit ad ostendendū necessitatē dandi iudices israeli ad corrigēdū errata. Sed istud dictū nō videt multū valere: tum qz sicut dictū ē plures iudices erant per modū directōis et consilij. nō p modū dominij. pter qō nō habebāt efficaciaz corrigēdi: s reges eis succedētes habuerunt auctoritatem et potestatem subditos coercēdi. Cā etiā suscitandi iudices inducta nō habet ex p̄cedentibus: qz vbicūq̄z scriptura dicit suscitauit eis dñs talē vel talē iudicē: p̄mittit p causa huius suscitatōis tribulatio in qua erat popul⁹ isrl. vt p iudicē suscitatū liberaret. Hebreiꝰ dicunt q factū miche ortigit sub otboniel q̄ successit iosue: z ad hoc pbandū inducūt qō scribit in fine.xviij.cap̄. Mansitqz apud eos ydolū miche oi tpe q̄ fuit domus dei in silo hoc tps incepit añ mortē iosue. vt hr̄. Josue.xviij. tpe aūt Josue nō declinauerat ad ydolatriā. vt hr̄. s.ij.c. z iō dicūt q hō accidit in p̄cipio tpis otboniel: qō fuit p̄mus positus in iudicatu in silo p tps iosue. Igit̄ circa hystoriaz miche sic p cedit: qz p̄mo describit ydolatrie ppetratio: secōdo ydolatrie spoliatio: ibi.ca.xviij. Circa p̄mū p̄mittit fabricatio ydoli. secōdo subdit abusus sacerdotij: ibi. Impleuitqz Circa p̄mū q: lra ē intricata p declarādū q̄ mr̄ miche p se crauerat summā pecunie. p fabricatōe ydoli. Michas aūt volēs illā in alios vsus expendere subtraxit illā occulte postea vo penitens: tū qz ipe ydolatra erat: tū qz maledictōem matris timebat q̄ illi qui pecuniā subtraxerat frequenter maledicebat: dictaz pecuniā matri restituit: vt inde fieret qō ipa p̄miserat: z hoc ē qō dr. a Fuitqz eo tpe. hoc nō refert ad tps sanson̄ de quo immediate. s. dictū est. qz factū istud accidit lōgo ante. s. immediate p⁹ mortē Josue vt p̄dictuz est: sed refertur in generali ad tempus iudicum: tamen intelligitur p̄ma parte illius temporis.

b Mille centum argenteos. Et hoc dixerunt aliqui q ista mr̄ miche fuit valida. z q ista pecunia fuit illa quam recepit p p̄dit̄ōe sanson̄is: vt dictū est capitulo p̄cedēti.

Sed hoc ptz falsum: tum qz istud factū cōtigit diu añ tē pus sansonis ⁊ dalide. vt iam dictum est. tum qz summa pecunie nō est idē hic ⁊ ibi: qz ipe dalide tederūt satrape philistinoz singuli mille ⁊ centū argenteos. erant aūt ḡn qz. ⁊ sic sūma illius pecunie ascēdit ad quinqz milia ⁊ ḡn gentos argenteos.

hic autē ponuntur tm̄ mille cētū argē tei. c Quos se paraueras. s. a cōi bus vsibus ydolo tedicando.

d Et sup ḡb⁹ tē. .i. voto ⁊ iuramēto pmiseras ꝟm expo sitores nr̄os. In te breo autē habetur Me audiēte male diteras. s. ei qui pe cuniā abstulerat.

e Ecce ego habeo q. d. parat⁹ sum red dere tibi pq cās p̄ dictas.

f Reddidit ergo tē. i. reddere pmi sit: qz te redditōne actuali postea agit̄ g Que diterat ei .s. ante qz cōfiterer pecuniā se habere ꝟm istā lr̄am in be breo habet. Et di xit ei. post cōfessio nem pecunie.

h Consecraui tē. dn̄m vocat falsum tū quē colebat.

i Ut te ma. mea tē. in hoc explicat modus voti sui. sic .n. vouerat q ō ma nu sua argentū tra deret filio vt inde faceret fieri ydolū.

k Et nunc trado tē. i. statiz cū mihi reddideris pecuniā ꝟm formā voti mei: statim tradā eaz tibi ad faciendū qđ voui. l Reddidit igit̄ eos. s. ipse michas. m Matri sue. redditōe actuali.

n Que tulit tē. residuū aūt pecunie fuit consumptū in alijs que ptinebant ad cultum illius ydolatrie. vtpote in edicula ephot ⁊ ꝓfilibus: te quibus postea subditur.

o Et tedit argentario. nō p manū. ꝓpriam ſ̄ p manū fi lij sui ꝟm formā voti p̄dictā. p Ut faceret ex eis tē. dicunt aliqui q fuit vnū ydolū. qđ vocat hic sculptile et conflatile. i. factū p tunsionē ⁊ cōflatōem: qz metalla pri us calefiunt in igne: ⁊ postea malleo tūdunt: vt ex eis ali quid facilius formet. Alij aūt dicunt q fuit duplex ydo lum: vnū p sculpturā: qđ notat cum dr: hic sculptile. Alī ud p fusuram: qđ notat p hoc qđ dicit ꝓflatile.

q Qui edicula. i. pua edem teo sepauit ydolo tedican do ⁊ ab alijs vsibus sepando. ⁊ vocat hic ydolū teus: et in tota ista bystoria hoc nomē teus vl dñs. p teo falso ac cipit: excepto q in fine dicit: Dñi tpe quo fuit dom⁹ tei in silo. Hic. n. accipit p deo vero. Et fecit ephot ⁊ therapbin. qđ aūt sequit. r Id est vestem tē. non est in be breo: ſ̄ appositū fuit a translatore ad exprimendū interp tatōem ephot ⁊ therapbin. Ephot em̄ est idem qđ sup bumerale: vt hr̄ Exo. xxviij. ⁊ est vestis principalis sum mi sacerdotis: ⁊ per ipam hic intelliguntur alia vestimēta sacerdotalia que fecit Michas vt dicunt expositores cōmuniter. Si aūt per therapbin hic intelliguntur ydo la in plurali nescio. Dicūt tm̄ hebrei q therapbin fe put pueri primogeniti temoni immolati: qđ aromati bus condit̄ vt posset diu pmanere sine putrefactōe sup linguā eius in lamina aurea parua ponit̄ nomen temonis. ⁊ sic dat rōsa. put dictū ē diffusius Gen. xxi.

[c] quos sepaueras [d] ⁊ sup ḡb me audiēte iuraueras [e] Ecce ego habeo ⁊ apō me sunt Cui ille rndit: Benedictus filius meus dño [f] Reddidit ergo eos matri sue: que dixe rat ei. [b] Cōsecraui ⁊ voui ℔ argentum dño [i] vt te manu mea suscipiat fili⁹ meus et faciat sculptile atq cōflati le: [k] ⁊ nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos [m] matri sue. [n] Que tulit ducētos argenteos: [o] ⁊ tedit eos ar gentario: [p] vt faceret ex eis sculptile atz cōflatile qđ fu it in domo miche. [q] Qui edi culam quoqz in ea deo sepa rauit. ⁊ fecit ephot ⁊ thera phin. i. [r] vestem sacerdotalē ⁊ ydola. [s] Impleuitqz vn⁹ filioz suoz manū: [t] ⁊ factus est ei sacerdos. In diebus il lis non erat rex in israel sed vnusquisqz qđ sibi rectum videbat hoc faciebat. [v] Fu it quoqz alter adolescens ō bethleem iuda [x] ex cognatio ne eius: eratqz ipe leuites ⁊ habitabat ibi [y] Egressusqz te ciuitate bethleem: pere grinari voluit vbicunqz si bi cōmodū reppisset. Cūqz venisset in montē ephraim iter faciens: ⁊ declinasset pa rumper in domo miche: in terrogatus ē ab eo vnde ve nisset. Qui respondit. Le uita sum te bethleem iuda: ⁊ vado vt habitem vbi po tuero ⁊ vtile mihi esse ꝓspe xero. Dixitqz micha mane apud me inquit. ⁊ esto mi bi parēs ac sacerdos. dabo qz tibi p annos singulos de cem argenteos ac vestē du plicem. ⁊ que ad victū sunt necessaria. Acq̄uit ⁊ man sit apud hominem: [z] fuitqz illi quasi vn⁹ te filijs. [b] Im pleuitqz micha manū eius. habuit puerum sacerdotez apud se: [c] nunc scio dicens: q bene faciet mihi teus ha benti leuitici generis sacer dotem.

⁊ huic dicto vi det̄ pcordare il lud qđ habetur sequenti capło Hostis q in do mibus istis sit ephot et therapbin ⁊ sculptile atq ꝓflatile: ita q therapbin vi det̄ esse aliud a duob⁹ ydolis p̄ dictis: quorum vnū erat factuz p fusuraz. aliud p sculpturā. vel aliō ab vno do mobus modis fa cto: vt p̄dictū ē.

s Impleuitqz. Hic cōsequ ter describitur abusus sacerdo tū dupler ꝓmo quia fecit sibi sa cerdotem vnuz te filijs suis. qđ notat̄ cum dr.

s Impleuitqz tē. i. obtulit ad manū ei⁹ ob latōez vl sacrifi ciū p eū offeren dū tāqz p sacer dotē. iō subdit.

t Et factus est ei sacerdos. cuz tm̄ nullus eēt p mouēdus ad sa cerdotiū nisi de filijs aaron: mi chas aūt n̄ erat de stirpe illa ſ̄ de tribu ephraim. Sedo qz fecit sibi sa cerdotem de tribu leui nō de filijs aaron: qđ notatur cum dicit. v Fuit quoqz tē. hoc dicit ad differen tiam alteri⁹ bethleē q erat in tribu zabulon. vt hr̄ Josue. xix. x Ex cognatōe eius. s. ipsius miche. vt di cunt aliqui. Sz hoc est falsum: qz in hebreo hr̄. Ex co gnatōe iuda: mulieres em̄ que nō succedebant in here ditate paterna: poterant ꝓtrahere cum viris alterius tribus: vt dictū fuit Mume. vlti. Et iō mater istius le uite fuit de tribu iuda: pater aūt de tribu leui. dicitur etiā de bethleez iuda. qz tribus leui p oēs tribus erat disposita. vt dictū fuit Josue. xxj. y Egressusqz de ciuitate bethleem tē. qz filij israel iam declinauerāt ad ydolatriā nec reddebant decimas ad sustentatōez le uitarū vt tenebant̄: ⁊ iō leuite cogitabant querere vi ctum p aliū modū. Cetera patent vsqz ibi.

a Fuitqz illi tē. tenebat em̄ eū in domo sua bonozi fice: nec occupabat eum operibus seruilibus.

b Impleuitqz micha tē. exponat̄ sicut prius.

c Nunc scio; dicēs q bñfaciat mihi deus tē. Iz. n. eēt ydolatra iste michas: et coleret deum falsum: vtpote demonem in ydolo: tamen credebat q obsequium sa cerdotis de stirpe leui esset ei magis placitū ſ̄ de alte ra tribu.

In capło. xvij. vbi dr in postilla. Et vocat ydolum deus in tota ista bystoria.

Si quis obiciat quō sacra scriptura. Additio vtatur noīe diuino p deo falso seu ydolo pser-tim noīe dñi tetragrāmaton qō ītm doctores catholicos z hebreos est incōmunicabile creature, p-utpōt baberi Exo.iij. Dicēdū q scriptura sacra in tali bus recitat ydo l atraz opinio-nēlz erroneā et falsissimā nō as-serendo ꝫ tantū modo referēdo ydolatre.n.gen-tiles qui legem mosaicā nō|su-sceperāt: demo-nia sua deos vo cant in cōi ydo-latre vo ab isra elitico ritu puer si q nomē dei te-tragrāmatō ex fide habuerant hoc idez nomē suis ydolis pni-tiosc attribue-bant, put in hoc caplo z in filib⁹ repit̄ ꝛc.

Ca.xviij.

a In dieb⁹ illis. hic p̄sequēt describit ydola tre spoliatō: ybi primo describit spoliandi occa-sio. scdo spolian tiū occupatio: ibi. Profectiq;. tercio spoliati conquestio: ibi. Cūq; iam. q̄rto spoliantiū abu-sio: ibi. Posue-rūt. Circa p̄mū sciendū q occa sio spoliationis miche fuit mis-sio explozatozū a filijs dan q̄ eū do ad locum ex plozandū diuer terunt in domū miche ad hospi tandū: ibi. qz erat homo potens z diues z de filijs isrl z boc est qō dicit. b Tribus dan querebat posses sionē sibi ꝛc. licet.n. acceperisset sozten possessionis suc ab ipo iosue. vt habetur Josue. xix. sicut z alie tribus tū in sozte cuiuslibet tribus adhuc manebant gentiles qui nō erant adhuc deleti nec expulsi p filios israel: et maxime in sozte dan. qz amozreus artauit filios Dan in monte: nec dedit eis locum vt ad planiozа descēde rent. vt habet supza. j. caplo. z sic intelligendū est cum subditur. c Usqz ad illam ꝛc. s. sufficientē p tanta multitudine. ideo subdit. d Miserunt ergo. s. ad explozandū ciuitatē lais quō possent eā cape ad habi tandū ibi. e Et intrasset ꝛc. Erat.n. bō diues z po terat eos recipe. f Et agnoscētes vocē ꝛc. p loglā esn cognouerunt q esset de bethleem. lz.n. omnes filij israel haberent vnum idioma. s. hebraicum. tn aliqn aliter pnunciabatur in diuersis partibus terre israel. Sicut idioma gallicum aliter pronunciatur in noz-mandia. z aliter in picardia. g Utenteszillius diuersozio. id est loco eis assignato ad manendum ad

In dieb⁹ illis nō erat rex in isrl b z tribus dan querebat possessionē sibi vt habitaret in ea. c Usqz ad illum em̄ diem inter ceteras tribus soztem nō accepat d Miserunt ergo filij dan stirpis z familie sue quinqz viros fortissimos de saraa z esthaol vt explozarent terram z diligenter in spicerēt. Dixerūtqz eis. Jte z psiderate terrā. Qui cum pgentes venissent in montē ephraim e z intrassent domū miche. requeuerunt ibi. f Et agnoscētes vocē adolescen-tis leuite: g vtenteszilli⁹ diuersozio dixerūt ad eū. Quis te huc adduxit: qd hic agis Quā ob cām huc venire vo luisti. Qui rñdit eis. Hec et hec p̄stitit mihi michas: et me mercede cōduxit vt sim ei sacerdos. Rogauerūt aī eū vt cōsuleret dñm: et scire possent an pspero itinere pgerēt: z res haberet effectuz Qui respondit eis. Jte cuz pace. h Dñs respicit viam ve strā. z iter quo pgitis. Eun tes igit̄ quinqz viri k venerī lais: l viderūtqz pplm habi tantē in ea absqz vllo timo-re. m iuxta psuetudinē sydo nioz securū z quietū nullo eis penit⁹ resistente magna rūqz opum n z pcul a sydone o atqz a cūctis hoībus sepa-tum. Reuersiqz ad fratres suos in saraa z esthaol: z qd egissent scisciantib⁹ respō-derūt. Surgite z eamus ad eos. Vidim⁹ em̄ terram val de opulentā z vberem. Mo lite negligere: nolite cessare Eamus z possideamus eā: nullus erit labor. Intrabi-mus ad securos in regionē latissimā: tradetqz nob dñs locū in q̄ nullius rei ē penu-ria coz que gignūt i terra. p Profectiqz igr̄ st de cogna tōe dan ō saraa z esthaol sex cēti viri accincti armis bel-licis: a scēdēteszq⁹ māserūt i cariathiarī inde: q̄ locus ex eo tpe castroz dan nom̄ ac cepit: z ē p⁹r tgū cariathiarī Jnō trāsierī i mōtē ephraī. Cūqz venissent ad domum miche: dixerī qnqz viri q̄ p-us missi fuerāt ad psidiran-dā trā lais: ceteris fratrib⁹ lais. Hostis⁹ q in dōib⁹ istz sit ephot z theraphī z scul-ptile atqz pflatile. t Videte qd vobis placeat. Et cum quē diuertebat ad domiēdū: z ad alia sibi necessaria. Ce tera patent vsqz ibi. b Rogauerūt autem ꝛc. i. falsum deum. iam em̄ eis dixerat q ydola colebat: vt patebit in-fra: iam em̄ multi de israel declinauerat ad ydolatriā. i Dominus respicit viam vestram: Dicunt aliqui q dixit eis de capite suo volens eis loq placentia. Alij vo dicunt q hoc dixit eis ex responso demonis loquētis in ydolo vel in theraphin modo supra-dicto. deus.n. pmit tit aliqn demones dare talia respōsa ydolatris qz ex ma licia sua demerent q sic in erroribus nutriantur: z talia respōsa aliquādo sunt vera.

k Venerunt lais sic debet scribi. Illa em̄ ciuitas q̄ vo-catur lachis fuerat capta ante ab ipso iosue. vt hr Josue x. Et ista q̄vocatur hic lais vocatur le-sen: Josue. xix.

l Viderunt qz ꝛc. et per consequens improuisum ad re-sistendum aduersa rijs repente supue nientibus.

m Juxta cōsue-tudinem sidonioz quia sydon erat ci-uitas fortis z mu-nita. z iō habitato res eius non time-bant ab extraneis ita nec isti ō lais q̄ uis nō haberent ci uitatē ita fortem.

n Et procul a sy-done. ita q non po terant cito iuuari ab illa ciuitate.

o Atqz a cunctis ꝛc. i. nō habentē fedus societatis cuz aliqbus alijs: p quos posset succuri ei. Cetera patent.

p Profecti igit̄. Hic cōsequēter describit spoliantium occupatio. sexcenti enim viri bellatozes de tribu dan eun tes ad capiendū ciuitatē lais explozatam duz transirent iuxta domum miche abstulerunt ydola z ornamenta sa-cerdotalia ducentes secum sacerdotem de consensu ta-men ipius. Et patet litera paucis exceptis que discurrē-tur exponendo.

q Manserunt in cariathiarim iude. non in ciuitate sed extra. vt pz ex boc qō subditur.

r Post tergū cariathiarim nostis. i. cognoscere debetis Ex quo pz qō dictum est. s. q sciebant q̄nqz viri supra-dicti ydola esse in domo miche p leuitam qui eis indica-uerat: aliter nō potuissent boc indicasse alijs.

s Oz in domibus istis sit ephot ꝛc. capitulo p̄cedenti dictum est quid significent ista.

t Videte quid vobis placeat. videlicet de ablatōe ydo loz z ornamentoz ad boc ptinentiū: z qz erant pni ad ydolatriā consenserunt q hoc fieret.

v Sexcenti aũt viri ⁊c. parati iuuare illos q̃ ingressi fu erant ad tollendũ p̃dicta si indigerent. Cetera patẽt vsq; ibi. x Qui cum ꝓgerent ⁊c. Bellatores. u. ita fecerũt ne micbas ⁊ illi q̃ cũ eo erant sequentes/talia raperẽt vel paruulis nocerẽt: q̃ defendere se nõ possent. y Jamq;. Hic consequenter describit spoliati cõquestio. Et ꝑ ĩra vsq; ibi.

3 Deos meos q̃s mihi ⁊c. In bebreo br̃. Et q̃d mihi amplius. q. d. illa q̃ tulist⁊ ita p̃ciosa erãt mihi q̃ parum aut nihil apprecior residuum ⁊ sic intelligenda est translatio nostra que bz.

a Et omnia q̃ habeo. non em̃ abstulerunt bona micbe alia cum esset de filijs israel. quos spoliare nolebant sed tm̃ acceperẽt illa q̃ erant ad cultũ ydolor pertinentia q̃ credebant pertinere ad religionẽ nõ ad furtũ. ⁊ boc est q̃ subdit.

b Caue ne vltra ⁊c. i. cũ familia tua ⁊ bonis tuis. Cetera patent ex supra dictis vsq; ibi.

c Erat autem ⁊c. Jn bebreo habet. Jn torrente roob.

d Posuerunt q;. Hic consequenter describit spolioꝝ abusio: quia illis q̃ abstulerant de domo miche abusi sũt ad ydolatriã exercendã: ⁊ boc est q̃ dicit.

d Posuerũt q; sibi sculptile. ꝑ boc intelliguñt alia ad ydolatriaꝝ ptinentia q̃ sibi posuerũt .s. ad exercendum ydolatriam. iõ subditur.

e Et ionathã iste est leuites quẽ adduxerunt de domo miche. f Ac filios ei⁹ sacerdotes p̃dictor ydolor. g Usq; ad diez captiuitatis sue: que facta est ꝑ salmanasar r egem assyrioꝝ: vt habetur .iiij. Reg. xvij. ⁊ ẽm banc exp̃sitionem li captiuitatis sue: refertur ad tribum dan: Hieronymus autem super libꝝ Paralip. dicit q; refertur ad domũ domini. i. vsq; ad captiõez arche per philisteos: que habetur .j. Reg. iiij. quia tunc translatũ fuit tabernaculũ de silo: ⁊ hoc dictum cõsonat ĩre sequẽti cũ dr. h Manserq; apud eos ydolũ

panlulũ declinasset ingressi sũt domũ adolescẽt⁊ leuite q̃ erat in domo miche: salutauerũtq; cũ verbis pacificis

v Sexcẽti aũt viri itavt erant armati stabant ante ostiuꝫ Ut illi qui ingressi fuerant domum inuenis. sculptile ⁊ ephot ⁊ theraphim atq; cõflatile tollere nitebant ⁊ sacerdos stabat ante ostium sexcentis viris fortissimis: baud ꝓcul expectantibus. Tulerũt igit̃ q̃ intrauerãt sculptile ephot ⁊ ydola atq; cõflatile. Quib⁹ dixit sacerdos. Quid facitis. Qui rnderunt. Tace⁊ pone digitum sup os tuũ: veniq; nobiscũ vt habeamus te pr̃em ad sacerdotẽ Quid tibi melius est vt sis sacerdos in domo vnius viri an in vna tribu ⁊ familia in israł. Qđ cuꝫ audisset acq̃euit sermonibꝰ eoꝝ et tulit ephot et ydola ac sculptile. ⁊ ꝓfectus est cũ eis. f Qui cũ ꝓgerent et ante se ire fecissent ꝓuulos ac iumenta: ⁊ oẽ qđ erat p̃ciosuꝫ

y ismq; a domo miche eẽnt ꝓcul: viri qui habitabãt in edibꝰ miche conclamantes secuti sunt. ⁊ post tergũ clamare ceperunt. Qui cuꝫ respexissent dixer̃t ad michaꝫ Quid tibi vis. Cur clamas Qui rndit: 3 Deos meos q̃s mihi feci tulistis ⁊ sacerdotẽ a ⁊ oĩa que habeo: ⁊ dicit⁊ quid tibi est. Dixeruntq; ei filij dan. b Caue ne vltra lo-

quaris ad nos. ⁊ venãt ad te viri animo ꝓcitati: ⁊ ipse cuꝫ oĩ domo tua pereas. Et sic cepto itinere ꝓrexerunt. Videꝫ aũt micha q̃ fortiores se eẽnt: reuersus est in domũ suã. Sexcẽti aũt viri tulerũt sacerdotẽ ⁊ que supra diximus: venerũtq; in lais ad ppl'm quiescentẽ atq; securũ: ⁊ ꝓcusserũt eos in ore gladij. vrbẽq; incendio tradiderũt. nullo penit⁹ ferẽte p̃sidium eo q̃ ꝓcul habitarẽt a sydone: ⁊ cũ nullo hominũ haberẽt q̃q̃ societatis ac negocij. c Erat aũt ciuitas sita in regione roob: quã rursum extruẽtes hitauerũt in ea: vocato noie ciuitatis dan: iuxta vocabulũ patris sui quez genuerat israel que ꝓus lais dicebat. d Posuerũtq; sibi sculptile e ⁊ ionathã filiũ gersan filij moysi f ac filios ei⁹ sacerdotes in tribu dan vsq;⁸ ad diem captiuitat⁊ sue. h Mãsit q; apud eos ydolũ miche oĩ tpe quo fuit domꝰ dei in silo. Jn diebꝰ illis nõ erat rex in israel.

Ca. xix.

a Elit q̃daꝫ vir leuites habitãs in latere mõtis ephraiꝫ qui b accepit vxorem de bethleẽ iuda. c Que reliquit eũ ⁊ reuersa est i domũ patris sui in bethleem. mãsit itaq; apud eũ q̃tuor mẽsibꝰ. d Secutusq; ẽ eã vir suus volẽsq; reconciliari ei atq; blãdiri ⁊ secũ reducere

Capitulũ. vxore leuite que in ciuitate gabaa moratur ex nimia libidine abutentiũ ipa. Circa qđ sic cedit: quia primo describit bꝰ sceleris ꝓpetratio. secũdo ꝓpetrantiuꝫ vastatio. xx. ca. tercio vastatoꝝ reparatio. xxj. c. Prima ps diuiditur in tres: q; primo describit occasio peccati. secõdo modus ꝓpetrãdi: ibi. Jll epulãtibus. tercio manifestatõ facti. ibi: Quaꝫ cũ eẽt ingressus Occasio aũt peccati fuit in boc q̃ leuites vxorẽ suã que recesserat ab eo reduxit ꝑ ciuitatẽ gabaa in qua erãt aliqui homies pessimi ⁊ luxuriosi nimis. Circa hoc igit̃ sic ꝓceditur: q; primo describit vxoris reconcialiatio. secundo reconciliate reductio ibi. Die autem quarto. tercio i gabaa hospitatio: ibi. Occubuitq; eis sol. Circa primũ dr.

b Accepit vxorem de bethleez iuda. boc dicit ad differentiaꝫ alteri⁹ bethleez que est in tribu zabulon vt supra dictum est xvij. ca.

c Que reliq̃t euꝫ. Jn bebreo habet: Que fornicata est super eum: ⁊ sic in bebreo videt̃ tãgi causa recessus. vtpote: q; ꝓ fornicatõem vir eius eiecit eam: vl' q; ipa' ignorante viro receſſit ab eo cũ adulterio. ⁊ postea non fuit ausa reuerti ad maritum suum ⁊ iõ iuit ad domũ patris sui.

d Secutus est eam vir suus volensq; ei reconciliari. sicut frequenter contingit q̃ viri scientes vxores suas male egisse contra legem dei: adhuc eas tamẽ reuocant.

habens in comitatu puerū et duos asinos. Que suscepit eū ⁊ introduxit in domū patris sui. Ꝙ cuz audisset socer eius eūqz vidisset: occurrit ei letus ⁊ amplexat⁹ est hominem. Mansitqz gener in domo soceri tribꝰ diebus comedens cum eo ⁊ bibens familiariť: [f] die autez quarto ꝛ nocte psurgēs pficiscī voluit. Quez tenuit socer: ⁊ ait ad eū: Gusta prius pusillū panis ⁊ confortа stomachuz: ⁊ sic pficiscēris. Sederūtqz simul: ac comederť ⁊ biberūt. Dixitqz pater puelle ad generum suuz Queso te vt hodie hic maneas: pariterqz letemur. At ille: consurgens cepit velle proficiscī. Et nihilominus obnixe eum socer tenuit et apud se fecit manere. Mane autem facto parabat leuites iter. Cui socer rursuz Obsecro inquit vt paululuz cibi capias ⁊ assumptis viribus donec increscat dies: postea proficiscaris. Comederunt ergo simul: surrexitqz adolescens vt pergeret cum vxore sua ⁊ puero. Cui rursum locutus est socer. [s] Considera ꝙ dies ad occasum ꝛ declinior sit: ⁊ propinquat ad vesperum. Mane apud me etiam hodie et duc letum diem ⁊ cras proficiscēris vt vadas in domū tuaz. Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim perrexit [b] ⁊ venit contra iebus que altero nomine vocatur hierusalem: ducēs secum duos asinos onustos ⁊ concubinaz. Jamqz aderant iuxta iebus ⁊ dies mutabatur in noctem. Dixitqz puer ad dominū suuz. Veni obsecro ꝛ declinem⁹ ad vrbem iebuseorum ⁊ manemus in ea. Cui rndit dominus. [t] Non ingrediar oppidum gētis aliene q̄ non est ꝛ filijs isrł: sed trāsibo vsqz gabaa. ⁊ cum illuc quenero manebimus in ea aut certe in vrbe rama. Transierunt ergo iebus: ⁊ ceptum carpebāt iter [k] occubuitqz eis sol iuxta gabaa que ē in tribu bēiamin: diuerteruntqz ad eam vt manerent ibi. Quo cum intrassent sedebant in platea ciuitatis [l] ⁊ null⁹ eos recipe voluit hospitio. Et ecce apparuit homo senex reuertens ꝛ agro ⁊ ꝛ opere suo vesperi qui et ipse ꝛ monte erat ephraim: ⁊ peregrinus habitabat in gabaa Homines autem regionis illius erāt filij gemini. Eleuatisqz oculis vidit senex sedentem hominē cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: ⁊ dixit ad eum: vnde venis ⁊ quo vadis. Qui respōdit ei: pfecti sumus ꝛ bethleem iuda ⁊ pergimus ad locum nostrum qui est in latere montis Ephraim vnde ieramus in bethleem. [m] Et nūc vadimus ad domū ꝛei. nulluſqz sub tectuz suū nos vult recipere: habentes paleas ⁊ fenum in asinoz pabulum: ⁊ panem ac vinū in meos ⁊ ancille tue vsus: et pueri qui mecuz est. Nulla re indigemus nisi hospitio Cui respondit senex. Pax tecuz sit. Ego prebebo oīa que necessaria sūt: tm̄ queso ne in platea maneas. Introduxitqz eum in domum suam ⁊ pabulum asinis prebuit: ac postq̄ lauerunt pedes suos recepit eos in conuiuium. [n] Illis epulantibꝰ ⁊ post laborem itineris cibo ⁊ potu reficiētibus corpora: venerunt viri ciuitatis illius filij Belial: [o] id est absqz iugo ⁊ circūdātes domuz senis [p] fores pulsare ceperunt clamantes ad dominum dmus atqz dicentes: [q] Educ viruz qui ingressus est domum tuam: vt abutamur eo: Egressusqz ē ad eos qui erant in ciuitate: sicut et contigit ei qui cos recepit. mali autem homines vagi ⁊ insolentes non habent hospicia ad recipiendum transeuntes nec ipi libenter declinarēt ad eos. Cetera patēt vsqz ibi.

[m] Et nunc vadimus ꝛc. hoc ē in sylo vbi erat taberna culuz ⁊ arcba testamenti: quia anteqz intraret domū sua volebat deo regratiari de hoc q̄ direxerat eū in via ⁊ custodierat vt ex hoc deberent homines inclinari ad ipos recipiendū.

[n] Illis epulantibus. descripta peccandi occasione. h cōsequēter describitur peccati ppetratio: cum subdiť. Venerunt viri ciuitatis illius filij belial. quod autem sequitur.

[o] Id ē absqz iugo. ñ ē in hebreo ꝑ ē interptatio h⁹ dictionis belial q⁹ tales homines sunt sine disciplina ⁊ timore dei.

[p] Fores pulsare ceperunt: cum tamen fm dictamen rationis recte peregrini in hospitio debeant esse securi.

[q] Educ viruz ꝛc. concubitu sodomitico: vt cōmuniter dicūt expositores: Josephus autem dicit q̄ non querebant nisi mulierez. sed sic loquebātur vt inclinarent dominū domus ⁊ maritum mulieris ad tradendū eā. vñ et in fine intētabāt viro mortē nisi traderet eis vxorē suam fm q̄ allegať capitulo sequēti. d. Volentes me occidere ꝛc. et hoc videť ex hoc q̄ tradita eis vxore fuerūt ꝓtenti. vt habetur infra

e Habēs i comitatu puez. i. puū. Cetera patent in litera.

f Die ātqz to Hic cōsequēter describit vxoris reconciliate reductio. Et ptz ira ysqz ibi.

g Cōsidera q̄ dies ad occasū declinioz sit. nō q⁹ eēt ita ꝓpe nocte: ꝙ q⁹ transierat horā meridionalē: a qua hora incipit sol declinare a sua altitudine.

b Et ve. ꝛ iebus. que altero nomine nominatur hierusalem: De ratōnib⁹ hoz nomi et aliox q̄b⁹ nomiata ē hec ciuitas fm diuersa tpa dictū fuit Gen. xxviij. Et h aūt loco dicunt hebrei q̄ ista hystoria contigit tpe othoniel añ illā q̄ scribiť in pncipio h⁹ libri de captione hierlm p filios iuda; quia subdiť hic.

i Mō ingrediar oppidū gētis aliene: Ex q̄ videť q̄ adhuc filij iuda nō ceperāt illā ciuitatē Catholici autē aliq̄ dicūt q̄ cōtigit añ othoniel. eo q̄ i fine h⁹ hystorie ꝛ in diebus ill'nō erat rex j isrł sicut supra dictū est de hysto. Miche. cap. xvij.

k Occubuitqz eis h pñr describiť redeūtiū hospitatio cū ꝛ. Occubuitqz eis sol iuxta gabaa. Et tō nō potcrant bono mō vltra transire.

l Et null⁹ eos recipe voluit hospicio: q⁹ bōi timebant eos recipe: timentes inuasionem domus sue de nocte ab hominibus insolentib⁹

s Habeo filiã virginẽ. Dicunt aliqui q̃ non peccauit offerendo filiam suã ad euitandũ maius malũ. s. peccatũ cõtra naturam qõ ipi prendebant ad iniuriã hospitum suoꝝ. Sed hoc nõ est verũ qz nullus debet consentire in hoc qõ est peccatũ: maxie mortale ꝛc genere vt euitet in alio maius peccatũ, put ꝛclaratuz fuit diffuse gen. xix ꝛc lorb q̃ in casu cõsimili voluit tradere filias suas ꝓgies t Et hic hõ hꝫ cõcubinã. i. vxorez q̃ sic noiat a ꝓcubitu 7 simil modus loquendi habetur. q̃. Reg. xvj. vbi achitophel dixit ad absalõ: ingredere ad concubinas patris tui q̃s tñ erant vxores dõ. nõ. n. habebat cõcubinas ad exercendũ adulteriũ.

v Qua cũ ꝛc. q̃a non erat coꝝ vxor 7 iõ talis cõcubit9 erat abusus. vel qz vtebantur ea cõcubitu innaturali.

x Et ibi corruit. tũ qz erat nimis afflicta: tũ etiã ex verecũdia. y Qua cuꝝ esset ingressus. Hic ꝛscribit facti diuulgatio cum dicitur. z Arripuit gladiũ ꝛc. Erant em. xij. tribus ꝓter tribũ leui. trib9 autem manasse erat diuisa in duas partes: quarꝝ vna erat vltra iordanẽz alia citra. 7 sic ꝓ illa tribu fecit duas ꝓtes aliter non fuissẽz notificatũ factũ sufficienter: ꝓ tribu vo beniamin nõ fecit aliquã ꝓtem: quia nuncios per quos misisset occidissent neq; ꝓ tribu leui quia erat dispsa ꝓ oẽs tribus: 7 iõ ꝛcnũciato facto alijs tribub9 sufficienter erat ꝛcnũciatũ tribui leui.

3 Misit in omẽs terminos israel. s. per nuncios qui factũ 7 modũ faciendi ꝓpõ explicabãt. Cetera patent.

a Egressi itaq; Hic ꝓsequenter describit peccantiuz vastatio: vbi primo facti veritas disquirit. Secũdo iusticie equitas requirit: ibi. Et miserunt. Tertio iniquitas defendit: ibi. Qui noluerunt. Quarto iuste inuadit: ibi. Tirozũ quoq; israel. Circa primũ dicitur: Egressi itaq; sunt omnes. sequitur.

senex: 7 ait: Nolite fratres nolite facere malum hoc: qz ingressus ẽ hõ hospicium meum 7 cessate ab hac stultitia b Habeo filiaz virginẽ c 7 hic hõ habz cõcubinam: educã eas ad vos vt hũilietis eas 7 vestrã libidinẽ cõpleatis: tm̃ obsecro ne scel9 ꝑtra naturã ꝓpemini in virũ. Nolebant acq̃escere sermonibꝫ illius. Ꝺõ cernẽs hõ eduxit ad eos cõcubinã suaz: 7 eis tradidit illudẽdã d Qua cũ tota nocte abusi eẽnt: dimiserunt eam mane. At mulier recedentibꝫ tenebris venit ad ostiũ domus vbi manebat dñs suus. e 7 ibi corruit. Mane facto surrexit hõ 7 aperuit ostiũ vt ceptã explere viam: 7 ecce ꝓcubina eius iacebat ante ostiũ sparsis in limine manibꝫ. Cui ille putans eam quiescere loquebat. Surge vt ambulemus. Qua nihil rñdente intelligens q̃ erat mortua: tulit eã 7 ꝓposuit asino reuersusq; ẽ in domũ suaz. f Qua cum eẽt ingressus g arripuit gladiũ: 7 cadauer vxoris cũ ossibꝫ suis in duodecim partes ac frusta cõcidẽs h misit i in oẽs termios israel. Ꝺõ cuz vidissent singuli ꝓclamabãt Nunq̃ res talis facta ẽ in israel ex eo die quo ascẽderunt ꝓres nri ꝛc egypto vsq; in pñs ꝛps. Ferte sniam: 7 in cõmune ꝛcernite q̃d facto opus sit. Ca. xx.

b De dan vsq; bersabee. Hic exprimit lõgitudo terre israel: qz ciuitas dan est in termino eius aquilonari 7 bersabee in termino australi. c Et terra galaad. in hoc exprimitur latitudo que incipit a terra galaad que est vltra iordanem. 7 ꝓtenditur vsq; ad mare mediterraneũ.

a Egressi itaq; sunt oẽs filij israel: 7 pariter congregati q̃si virvnus ꝛc danvsq; bersabee 7 terra galaad ad dñm in maspha: b oẽs q̃anguli ꝓpoꝝ c 7 cũcte tribus israel d in eccliaz ꝑpli dei ꝓuenerũt q̃draginta miliũ peditũ pugnatoruz. Nec latuit filios bẽiamin q̃ ascẽdissent filij israel in maspha. e Interroga tusq; leuita marit9 mlieris interfecte quo rãtũ scel9 ꝑpetratũ eẽt: f rñdit. Veni i gabaa bẽiamin cũ vxore mea: illucq; diuerti. Et ecce homines ciuitatis illi9 circũdederũt nocte domũ in q̃ manebã volẽtes me occidere 7 vxorẽ meã incredibili furore libidinis vexãtes: demiq; mortua ẽ. Quã arreptã in frusta cõcidi: misiq; ꝓtes in oẽs ẽminos possessiõis vre qz nũq̃ rãtũ nephas 7 rãgrã de piaculũ fcm̃ est i israel. Ad estis oẽs filij israel: ꝛcernite q̃d facẽ ꝛcbeatis. Stansq; oẽs ꝑpls m 7 q̃i vni9 bois sermone rñdit: n Nõ recedem9 in tabnacla nra: nec suã q̃squ intrabit domũ ꝫ h cõtra gabaa in cõe faciem9. Decẽ viri eligãt ẽ cẽtũ ex oĩbꝫ tribubꝫ israel: 7 centũ ꝛc mille 7 mille ꝛc ꝛcẽ militꝫ vt ꝓpoꝝ tẽt exercitui cibaria: 7 possim9 pugre ꝓtra gabaa bẽiamin 7 reddẽ ei ꝓ scelere qõ mereꝫ. Cõuenitq; vniuersꝰ israel ad ciuitatẽ q̃ hõ vn9 eadem mente vnoq; cõsilio

d Omnes q̃s anguli populorum. debzei dicunt: domini populoz. i. capitanei in tribubus 7 in familijs.

e Et cũcte tribus israel. excepta tm̃ tribu bẽiamin. f In ecclesiam. i. in congregationẽ. tũc em̃ non fuerunt cõgregati in syloh vbi erat tabernaculum dei. sed in maspha.

g Interrogatusq; leuita. q̃a nõ dz ꝓcedi ad punitiões tanti facti absq; diligenti discussiõe diligenti.

h Rñdit veni in gabaa. mõ ex ꝓsso ꝓcedẽti ca.

i Volẽtes me occidere. nisi ei⁹ traderem vxorẽ meã sm̃ dictuz iosephi. vel.

i Volẽtes me occidere. affligẽdo me cãali cõcubitu 7 nephario. sm̃ dictum alioꝝ.

k Munq̃ tantum nephas: et tam ꝛc. Piaculũ dicitur a pio pias quod significat purgãtiõ vñ dicitur piaculũ quasi factũ in nullo mõ absq; purgatõe pene trãsiendum. Sciendum tamẽ q̃ leuita non solum factum retulit. sed etiam testibus ꝓbauit. sicꝫ p seruũ quẽ habebat in comitiua. 7 p senem q̃ receperat eos hospitio 7 familiã eius aliter nõ esset procedendum contra filios beniamin ad bellum ad dñm vnius hominis.

l Stansq; omnis ꝑpls. ex admiratõe facti.

m Quasi vnius ꝛc. i. cõcorditer 7 sine retractõe 7 dilatione. ideo subdit.

n Nõ recede. in tabernacula ꝛc. Cetera patẽt in lra

Jurauerant quoq. Hic pse- quenter describit tribus beniamin dissipate re paratio. Circa quā primo describit affectus cō passionis. Scdo effectus repatiōis: ibi. Jccirco dixe runt. Circa primū ponit motiuū cōpassionis cū dicitur.

a Jurauerāt qz filij isrl in maspha tc. B iurauerant ante bellū: 7 qz illi q̄ euaserant nō poterāt accipere vxores alienigenas: cū esset lege diuina phibitū ō ñ videbāt via qualiter tribus beniamin, reparari posset per generationem: quia oēs mlieres trib⁹ bēiamin fuerāt interfecte: qđ sat ꝛ mirabile videbāt qđ vna tribus tota ō ꝑpl'o isrl'delerēt. mxie cuz hoc dñs ñ ꝓcepisſz: ꝑ tm dixisset: Cras tradā eos i manus vestras: vt habeāt capitulo ꝓcedenti iō subditur. b Leuauerūt vocē suam tc. Illa aūt die tc. qz forte illud qđ erat ibi ꝑ us erat dissipatuz. vel forte qz trāsportauerāt ad exercitū 7 reportatio ad locū suū 7 situatio vocāt hic extructio.

c Obtulerūtqz ibi holocausta. ꝑ grāz actōne ō victoria bita licet cōpaterentur tribui bēiamin sic dissipate. d Et dixerunt qs nō ascēdit tc. cuius cā subdit cū dr.

c Grandi em̄ se iuramēto tc. eo q bellū ꝑ filios bēiamin ꝓtinebat ad totam cōitatem populi cui sufficienter fuerat nunciatū scelus eoz: vt patet ꝑ ꝓdicta. f Jccirco dixerūt. Hic consequenter describitur tribus bēiamin repatio studiosa. 7 primo ꝑ mulieres eis datas. secundo ꝑ mulieres ab eis acceptas: ibi. Dixerūtqz maiores natu. Circa primum dicitur.

g Quis est de vniuersis tribubus israel tc. hoc aūt quesierunt duplici de causa. vna vt occiderent rationē iam dicta. secunda vt virgines ibi reperte filijs beniamin qui de bello euaserant darent.

b Et ecce inuenti sunt tc. 7 modus b⁹ inuentiōis subditur cum dicit. i Eo quoq tpe cum essent in sylo. s. filij israel redeuntes de ꝓlio vt gratias agerent domino: vt ꝓdictum est. k Nullus ex eis. s. de habitatoribus galaad.

l Jbi repertus ē. 7 ꝑ hoc citū fuit q̄ non fuerant in prelio. quia redijssent sylo ad reddendū grās cum alijs: iō sequit punitio eorum cum dicit.

m Jte et pcutite tc. in detestatōem cīm sui criminis qz subtraxerāt se a negocio totius cōmunitatis facta est tāta punitio.

n Jnuenteqz sūt de iabis tc. Si aūt queratur qualiter cognoscebant eas ab alijs potest dici sicut dictū fuit Num̄e. xxxj. de virginibus madianitaruz. s. q̄ faciebant mulieres transire ante archam dominī: et ex signo ibidem dato cognoscebant q̄ essent virgines 7 q̄ non.

o Miserūtqz nūcios tc. qui ducerent illas vgines.

p Et ꝓceperunt eis vt eas susciperent in pace. Jn hebreo hz ꝓceperūt vt eos susciperent in pace. Et vtrunqz fuit verū: quia ꝑceptū fuit filijs bēiamin q̄ reciperent illas virgines in vxores: 7 virginib⁹ q̄ in hoc ꝓsentirent.

q Dixeruntqz. B consequēter describitur reparatio dicte tribus per mulieres ab eis captas: de consilio tñ 7 voluntate maiorum de israel. Circa quod primo ponit dictorum maiorum cōsultatio. secundo consultationis denunciatio: ibi. Preceperuntqz. Circa primū dicitur.

q Dixerūtqz maiores natu: ad quos spectabat cura totius populi. r Quid faciem⁹ reliquis: qz adhuc manebant. cc. viri de beniamin absqz vxoribus.

s Filias em̄ tc. dicitur tñ cōmuniter q̄ poterant. quia filij beniamin non poterant ducere alienigenas vxores:

ciuitatē a viris vsqz ad iumenta gladio ꝑcusserūt: cūctasqz vrbes 7 viculos bēiamin forax flāma ꝓsumpsit.

Jurauerāt .xxj. quoq filij isrl in maspha 7 dixerūt. Nullus nr̄m dabit filijs bēiamin de filiabus suis vxorē. Venerūtqz omnes ad dom̄ dei in sylo. 7 in ꝓspcū eius sedētes vsqz ad vesperam [b] leuauerūt vocē 7 magno vlulatu ceperunt flere dicētes. Quare dñe deus israel factū ē hoc malū in ꝓpl'o tuo: vt hodie vna tribus auferret ex nobis. Altera aūt die diluculo cōsurgētes extruxerūt altare [c] obtuleruntqz ibi holocausta 7 pacificas victimas: [d] 7 dixerunt. Quis non ascendit in exercitū dñi. de vniuersis tribubus isrl'. [e] Grandi. n. iuramēto se ꝑstrinxerāt cū essent in maspha: interfici eos q̄ defuissent: ductiqz ꝓnia filij israel sup fratre suo bēiamin ceperūt dicere. Ablata ē tribus vna de isrl' vnde vxores accipiēt. Oēs em̄ in cōe iurauimus non daturos nostris filias nr̄as. [f] Jccirco dixerūt. [g] Quis ē de vniuersis tribubus isrl' q̄ nō ascēdit ad dñm in maspha. Et ecce inuenti sunt hītatores iabis galaad in illo exercitu non fuisse. [l] Eo quoq tempore cū essent in sylo [k] null⁹ ex eis [l] ibi reptus ē. Misertq itaq

decē milia viros robustissimos: et ꝑceperūt eis. [m] Jte et pcutite hītatores iabis galaad i ore gladij. tā vxores q̄ paruulos eoz: et hoc erit quod obseruare debebitis. Oīe generis masculini 7 mulieres q̄ cognouerunt viros interficite: virgines aūt reseruate. [n] Jnuenteqz sunt de iabis galaad q̄dringēte vgines: q̄ nesciert viri thoz: 7 adduxerūt eas ad castra in sylo i terrā chanaan. [o] Miseruntqz nuncios ad filios Beniamin qui erāt in petra rēmon: [p] 7 ꝓceperūt eis vt eas susciperent in pace. Venerūtqz filij bēiamin in illo tpe: 7 date sūt eis vxores de filiabus Jabis galaad. als aūt non reppererūt quas sibi mō traderent. Vniuersusqz isrl' valde doluit. 7 egit pniam sup interfectōe vni⁹ tribus ex isrl': [q] dixerūtqz maiores natu. [r] Quid faciem⁹ reliqs q̄ nō acceperūt vxores. Omēs in beniamin femine ꝑciderūt: et magna nobis cura ingētiqz studio puidēdū est ne vna tribus deleat ex isrl'. [s] Filias em̄ nr̄as eis dare nō possum⁹ constricti iuramēto 7 maledictione qua diximus: maledict⁹ qui dederit de filiabus suis vxorez beniamin. Ceperūtqz consilium atqz dixerunt Ecce solēnitas dñi est in sylo annuersaria: que sita est

lieres ab eis captas: de consilio tñ 7 voluntate maiorum de israel. Circa quod primo ponit dictorum maiorum cōsultatio. secundo consultationis denunciatio: ibi. Preceperuntqz. Circa primū dicitur.

q Dixerūtqz maiores natu: ad quos spectabat cura totius populi. r Quid faciem⁹ reliquis: qz adhuc manebant. cc. viri de beniamin absqz vxoribus.

s Filias em̄ tc. dicitur tñ cōmuniter q̄ poterant. quia filij beniamin non poterant ducere alienigenas vxores:

ꝛ sic iuramentū illud videbaꝫ esse cōtra charitatē: qz erat contra reparatōnem vnius tribus: que reparatio cedebat in bonū cōmunitatis totius populi: ꝛ ideo nō erat seruāda: verūtamen quia tunc temporis boz idum erat frāgere quodcūq; iuramentū, ideo babuerunt aliud consilium. videlicet q̄ filij beniamin nō babentes vxores venirent latenter ꝓ locū sylo. ꝛ ibi de ꝟginibus ducentib⁹ choros acciperent sibi ſm numerū suum. ꝛ fugerent in terram beniamin': nec maiores natu boc consulentes dederūt ꝓtra iuramētum suum: qz null⁹ iurauerat nisi de ꝓpꝛijs filiabus. Similiter nec patres earū: qz nō fuerunt in boc consilio nec dederunt eas. similiter nec filij beniamin eas rapientes peccauerūt: qz boc fecerunt de mandato illoꝝ ad quos spectabat cura totius populi. vt dictum est: ꝛ probabile est q̄ ille ꝟgines cōsenserunt in matrimoniū: anteq̄ cognoscerent ab eis: et ex dictis patet litera vsq; ibi. ¶ Miseremini eozum. non enī rapuerunt eas iure bellantium dē. non ꝓpter negatiōem dationis: quia sic maiores natu boc allegantes essent in cōsili culpa eo q̄ filias suas illis nō dederant: et sic nō haberent frontē sic loquēdi. ß istud pctm̄ est intelligendū eo q̄ nō custodierant filias suas diligenter: sed ꝓmiserant eas ducere choros ꝓ campos: vbi poterāt capi. eo enī ipse q̄ iurauerant nō dare eas filijs beniamin. debebant eas sic custodire q̄ illi nō babuerūt facultatem rapiendi sic ergo exponitur bic passus ſm translationē nostrā. In bebreo autem babetur sic. Miseremini eoz. non enī cepim⁹ viro vxorem suam in bello: nec vos dedistis eis: quasi tē poze culpemini quod sic exposuit bebra. Miseremini eozum vt possint reparare tribū ꝓ generatiōem. Nō enī cepimus viro vxorem suaz .i. cuilibet viro vxozem sibi copulandam. In bello contra viros iabes: ß deficiunt ducente. Nec vos dedistis eis. quasi tē poze culpemini .i. nō potest vobis imponi culpa transgressionis iuramēti. Ex tempoze quo acceperunt eas. s. post tempus iuramenti vestri quia non dedistis eis. nec plus iurauerat⁹ s. nisi q̄ nō daretis eis contra quod non fecistis: quia non ceperūt eas de voluntate vestra.

ad septētrionem vrbis bethel ad orientalem plagaz vie q̄ de bethel tendit ad sichimā: ꝛ ad meridiē oppidi lebbona. Preceperūtq; filijs bēiamin: atq; dixerunt Ite ꝛ latitate in vineis. Cūq; videritis filias sylo ad ducendos choros ex more procedere: exite repente de vineis: ꝛ rapite ex eis singuli vxores singulas: ꝛ pergite in terram bēiamin. Cumq; venerint patres earum: ac fratres ꝛ aduersum vos queri ceperint atq; iurgari dicemus eis. ¶ Miseremini eozū Non enim rapuerunt eas iure bellantiū atq; victoriū ß rogantib⁹ vt accipent nō dedistis: ꝛ a vīa pte pctm̄ ē. Feceruntq; filij beniamin vt sibi fuerat imperatum: ꝛ iuxta numerū suum rapuerunt sibi de his q̄ ducebant choros vxores singulas abieruntq; in possessionē suam edificantes vrbes ꝛ habitantes in eis. Filij quoq; israel reuersi sunt ꝓ trib ꝛ familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in israel: sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.

¶ Explicit liber iudicū.

¶ Liber Iudicum finit.

Ruth.

Dotilla sup lib⁹ Ruth Incipit. Capitulū. j.

IN diebus vnius iudicis. Hic ꝓsequenter ponit̄ terci⁹ casus. s. ipi⁹ Ruth: z diuiditur in q̄tuor ptes: q⁹ ꝓmo describit̄ ipi⁹ Ruth conuersio gratiosa. Secundo eius conuersio virtuosa: tercio q̄stio legalis: quarto copulatio mr̄imonialis. Partes incipiūt in quatuor capitul' huius hystorie. Prima adhuc in duas: q⁹ primo describit̄ quersionis occasio: secūdo ipsa quersio: ibi. Cui dixit noemi. occasio autem quersionis ruth ad iudaismū fuit co q̄ fuit desponsata filio elimelech iudeo pegrinanti in terra moab. Et ideo primo describit̄ elimelech pegrinatio. secundo ipsius Ruth desponsatio. ibi Qui acceperūt. Circa primū primo describit̄ tempus peregrinationis huius cum dicitur. a In diebus vnius iudicis. quis autem hic fuerit varie dicitur. dicit enim magister in hystoriis z aliqui expositores alij q̄ iste iudex fuit Heli qui cum hoc vsurpauit sibi sacerdotium: quia non fuit de eleazar sed de ithamar. Licet aūt istud secundū dictum sit verum q̄tum ad hoc q̄ heli nō fuit de Eleazar sed de ithamar non tamen videtur verū q̄ sibi vsurpauit sacerdotium: quia. j. Reguz ij. ca. dicitur ipsi heli in ꝑsona domini. Loquens locutus sum q̄ domus tua z domus patris tui ministraret in ꝑspectu meo in sempiternū ꝛc. Ex quo videtur q̄ illud sacerdotium habuit ex ordinatione diuina: vt dicetur ibidem plenius. Primū etiam dictuz non videtur verum: videlicet q̄ peregrinatio elimelech que hic describitur contigerit tempore heli: quia a principio quo incepit iudicare israel vsq; ad principium regni dauid fluxerunt tm̄. lxxx. anni. ꝓout fuit declaratum supra: Judicuz. xj. capi. In isto igitur tempore oportuit ꝑm istud dictum q̄ peregrinatio elimelech fuerit z q⁹ booz de ruth obed genuerit: z obed iesse: z Jesse dauid. z vita ipsius dauid vsq; ad principium regni sui quod non videtur verum: primo quia de isto tempore fluxerunt vndecim anni ad minus ante natiuitatem obed. videlicet decem anni quibus noemi mansit in regione moab: vt habet̄ in hoc ca. z vnus annus ante natiuitatez obed: quia dato q⁹ booz statim acceperit Ruth p⁹ adventuz eius in bethleem cum noemi: tamē ante q̄z natus fuisset de ea obed trāsiuisset annus vndecimus totus: vel saltem fere. Item dauid vixit. xxx. annis ante q̄z cepit regnare: vt habetur secundo Regum. v. Item Jesse pater dauid iam erat senex quando genuit Dauid: vt videtur: quia habuit ser filios ante eum: vt habetur. j. Regum. xvj. et primo Paralypo. ij. z sic habuit. xxxix. annos ad minus vt videtur quando genuit dauid. hoc etiam patet ex hoc quod dicitur. j. Regum xvij. q⁹ erat senex z grandeuus et iam emerite militie: q̄n dauid adhuc adolescens missus fuit ab ipso ad visitandum fratres suos. Si autem isti anni simul cōiungantur faciunt annos lxxx. z sic non remanet aliquod tēpus vite ipsius obed quousq; posset generasse ꝑm iesse: posito etiam cum hoc q⁹ elimelech a primo anno heli cepisset peregrinari ꝓpter quod non videtur verum q⁹ hystoria ruth fuerit tempore heli: sed ante. Et ideo aliter dicunt hebrei z melius: vt videtur q⁹ iste iudex fuit abessan: de quo dictum fuit Judicum. xij. qui fuit ante heli. xlvij. annis. vt patuit ex dictis supra Judicum. xj. Dicunt etiam hebrei q⁹ iste abessan z booz est idem homo binomius tamen: oportet tamen dicere ꝑm istam viaz q⁹ peregrinatio elimelech inceperat ante q̄z booz inciperet iudicare: quia iudicauit populū septem annis tm̄: z noemi fuit in regione moab decem annis. vt dicitur infra eodez capi. let booz accepit Ruth post: veruntamen illa pregrinatio ꝑ reditum noemi fuit terminata sub abessan qui est idez quod booz ꝑm hebreos: ideo dicunt hoc fuisse tempore eius: quia res a fine denominat̄ z quia ista hystoria h̄

Incipit liber Ruth.

La. j.

a IN diebus vnⁱ iudicⁱ q̄n iudices ꝑerāt: b facta ē fames in terra. c Abijtq; hō de bethleē iuda: vt pegrinaret̄ in regione moabitide cū vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabat̄ elimelech: z vxor eius Noemi: et duo filij: alter maalon z alter chelion: ephratei de bethleem iuda. Ingressiq; regionē moabitidez morabant̄ ibi. Et mortu⁹ ē elimelech marit⁹ noemi: remānsitq; ipa cū filijs. d Qui acceperūt vxores moabitidas: q̄ruz vna vocabatur orpha: altera q̄ ruth. Manserūtq; ibi de cē annis: z ambo mortui sunt maalon vicz et chelion: remanens mulier duobus orbata filijs suis z viro.

ponitur ad ostendendum quomodo dauid rex descendit de booz: vt patet in fine.

b Facta est ꝛc. ꝓpter populi peccata.

c Abijtq; homo de bethleem ꝛc. causa huius peregrinationis varia assignatur. dicit enim hieronymus sup quartum capitulū Paralypo. q⁹ tunc temporis sol stetit ꝑ aliquod spacium immobilis ad terrendum homines: vt sic retraberentur ab enormibus peccatis quibus erāt inuoluti: quod nō fecerūt ꝓpter quod tanta fames facta est in terra illa q⁹ elimelech qui erat de nobilioribus z potentioribus ciuitatis bethleem fuit coactus ire ad terram extraneam ad querendum victum suum. Hebrei autem dicunt q⁹ ꝓpter famem in illa terra accidentez multi pauperes recurrerūt ad elimelech quia erat diues z potens. z ꝓpter auariciam suam duruz erat ei dare: ꝓpter q̄d ad euitandum importunitates eorum exiuit de terra israel cum bonis mobilibus que habebat: z q⁹ ex mala causa exiuit ibidem mortuus fuit cum filijs suis z depauperat⁹ Cetera patent in litera.

d Qui acceperunt. Hic consequenter describit ipsius Ruth desponsatio. dicunt autem hebrei z etiam aliqui catholici: q⁹ ista ruth fuit filia eglon regis moab: sed hoc videtur falsum quia a tempore aiotb qui interfecit Eglon: vt habetur Judicum. iij. fluxerunt anni ducenti. xxxij. vsq; ad abessan: vt declaratum fuit Judicum. xj. Et multo plures anni fuerunt vsq; ad heli: z ideo si abessan fuit idez q⁹ booz: vt dicunt hebrei: impossibile est q⁹ ruth fuerit filia eglon quez interfecit aiotb: quia adhuc erat satis iuuenis z apta ad prolem quando fuit coniuncta ipsi booz. Item si booz fuit alter ab ipso abessan ita q⁹ hystoria Ruth accidit tempore heli. vt dicunt aliqui. multo magis impossibile est q⁹ ipsa ruth fuit filia ꝓdicti eglon. quia multo plures anni fuerunt vsq; ad heli q̄z vsq; ad abessan: vt declaratū fuit Judicū. xj. z iō si aliquis velit dicere q⁹ ruth fuit filia eglon fuerit alius ab illo quē interfecit aiotb z longe posterior ipso: et tamen adhuc hoc non videtur conuenienter dictum ꝑm dicta hebreoruz z catholicorum: quia ꝑm hieronymum elimelech iuit pauper ad regionem moab. et ꝑm hebreos: licet iuerit diues: tamen fuit ibi depauperatus: vt dictum est supra: z hoc videtur ex eo quod dicitur infra eodem capitulo. q⁹ noemi redijt de terra moab vacua. s. sine viro filijs z diuitijs. nō est autē verisile q⁹ rex moab dedisset filiam suam vxorem viro pauperi z extraneo z si post dationem depauperatus fuisset vir ei⁹: nō ē verisimile q⁹ permisisset eam recedere de terra sua ita pauperem: q⁹ indigeret colligere spicas in agro sicut dicitur

late murſ:ꝓſidia q̄z diſpoſuit in tra iuda t in ciuitatibus ephraim q̄s ceꝑat Aſa ꝑ eius. °Et fuit dñs cū ioſaphat ᵉquia ambulauit in vijs dō patris ſui ꝓmis: ᶠet non ſperauit i baalim: ſ in ꝛco ꝓris ſui:t ꝓrexit in ꝑceptis illi⁹:t non iuxta peccata iſrl. Confirmauitq; dñs regnū in manu ei⁹: ᵍet dedit oīs iuda munera ioſaphat facteq; ſunt ei infinite diuitie:t multa glia ʰCūq ſum ꝓſiſſet coꝛ ei⁹ audaciā ꝓpter vias dñi:etiam excelſa t lucos ꝛc iuda abſtulit. ⁱTercio autē anno regni ſui miſit ꝛc ꝓncipib⁹ ſuis benail t obdiam t zachariam et nathanael t micheam vt ꝛcerēt in ciuitatib⁹ iuda:t cum eis leuitā ſemeiā et nathaniā et zabadiā:aſahel: quoq; t ſemiramoth t ionathā adoniāq; t thobiā t tobadoniā leuitas:t cuz eis eliſama et ioꝛam ſacerdotes. Docebantq; ꝓpli in iuda: hñtes librū legis dñi et circuibant cūctas vrbes iuda atq; erudiebāt ꝓpli. ᵏJtaq; factus eſt pauoꝛ dñi ſup oia regna terꝛarū: que erāt p gyrū iuda: nec audebant bellare contra Joſaphat. Sed et philiſtei: ioſaphat. munera ꝛferebāt: et vectigal argenti. Arabes quoq; adducebāt pecoꝛa arietum ſeptē milia ſeptingentos:t hyꝛcos totidē. Creuit ḡ ioſaphat t magnificat⁹ eſt vſq; in ſublime: ˡˡatq; edificauit in iuda dmos ad inſtaꝛ turriū. vrbesq; muratas:et multa opa parauit in vrbibus iuda. ᵐViri quoq; bellatoꝛes t robuſti erāt i hieruſalem:quoꝛū iſte numer⁹ p dmos atq; familias ſingulorum. Jn iuda ꝓceps exercitus ednas dux:t cum eo robuſtiſſimoꝛuz viri trecenta milia. Poſt hunc iohannan princeps:et cum

eo ducēta octoginta milia. ⁿPoſt illum quoq; amaſias filius zechri conſecrat⁹ dño:t cum eo ducenta milia virorum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad ꝑlia eliada:t cum eo renentium arcum t clypeum ducēta milia. °Poſt iſtum etiam iozabad et cum eo centum octoginta milia expeditoꝝ militum. °Hi omnes erant ad manum regis: exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis: t in vniuerſo iuda.

Capi.xviij.

Vlit ergo ioſaphat diues t inclyt⁹ multum ᵇt affinitate coniunctus eſt achab: deſcenditq; poſt annos ad euz in ſamariā. Ad cuius aduentum mactauit achab arietes t boues plurimos ipſiz populo qui venerat cum eo perſuaſitq; illi vt aſcenderet in ramoth galaad. Dixitq; achab rex iſrael ad ioſaphat regem iuda. Veni mecum in ramoth galaad. Cui ille reſpondit. Et ego t tu:ſicut populus tu⁹ ſic et populus meus tecumq; erimus in bello. Dixitq; ioſaphat ad regem iſrael. Conſule obſecro ímpſentiarum ſermonem dmini. Congregauit igitur rex iſrahel ꝓphetaꝝ quadringentos viros: et dixit ad eos. Jn ramoth galaad ad bellādum ire ꝛbem⁹: an q̄eſcere? At illi aſcēde inquiūt:t tradet ꝛus in manu regis. Dixitq; ioſaphat. Nūq̄d non ē hic ꝓphetes dñi:vt ab illo etiaz req̄ram⁹? Et ait rex iſrl ad ioſaphat. Eſt vir vnus a q̄ poſſumus q̄rere dñi voluntatē:ſ ego odi eū:qꝛ non ꝓphetat mihi bonū:ſ malu⁹ oī tpe. Eſt ān micheas filius iēla. Dixitq; ioſaphat. Ne loq̄ris rex hoc mō. Vocauit ergo rex iſrael ynum ꝛe

p ſingulos menſes.xviij.milia bellatoꝛū erant cū rege in irlm.
o Hi oēs erāt ad manū regis. qꝛ q̄ndo occurrebat maioꝛ neceſſitas oēs erant parati ire ad ipſum.

Capm.xviij.

Elit ergo ioſaphat diues. h ꝓñr deſcribitur ipſius ioſaphat ſocietas prava: q̄a amicicia coniunctus fuit ipſi achab q̄ erat peſſimus ydolatra t cū eo iuit ad ꝑlium ad eū⁹ auxiliū:t ido primo deſcribitur belli tractatus: ſcdo congreſſus: ibi. Jgit aſcendeſt Jn tractatu vō belli ꝓio requirit auxiliū ipſi⁹ ioſaphat. ſecundo ꝓſiliū ꝓbat ibi. Dixit q̄z ioſaphat ad regē iſrael.t ꝓz ſententia totius iſtius capituli ex dict⁹ iij. Reg.xlti.exceptis paucis q̄ ſequunt.
b Et affinitate cōiunctus eſt achab. q̄a ioꝛaz fili⁹ ioſaphat accepit filiā achab vxoꝛē: vel ei⁹ neptem ſm alios: vt dicet plenius infra.xxj.

eunuchis:ẽt dixit ei. Voca cito micheã filium Jemla. Porro rex ifrl'et iosaphat rex iuda: vterq; sedebãt in solio suo vestiti cultu regio Sedebãt autem in area iuxta portaz samarie. omnesq; pphete vaticinabantur coꝝ eis. Sedechias vo filius chanana fecit sibi cornua ferrea: et ait. Hec dicit dñs. His ventilabis syriã: donec cõteres eã. Oẽsq; prophete silr pphetabãt: atq; dicebãt. Ascẽde in ramoth galaad z psperaberis: z tradet eos dñs in manu regis. Nunci⁹ãt qui ierat ad vocãdum micheã: ait illi. Ecce vba oim pphetarũ vno oꝝ bona regi annunciãt. Quaso ꝙ te vt et sermo tu⁹ ab eo nõ differat: loquarisq; pspera. Cui rñdit Micheas. Viuit dñs q; quo dcũq; dixerit mihi de⁹ meus hoc loquar. Venit ergo ad regez Cui rex ait. Micheas: ire debemus in Ramoth galaad ad bellandum: an quiescere: Cui ille rñdit. [c] Ascendite: cuncta eim pspera euentẽt: et tradent hostes in man⁹ vestras. Dixitq; rex. Iterũ atq; iteruz te adiuro: vt mihi non loquaris nisi qõ veruz est in nomĩe dñi. At ille ait Vidi vniuersum isrl'dispersum in mõtibus sicut oues absq; pastore. Et dixit dñs Nõ habẽt isti dños: reuertatur vnusquisq; in domuz suã in pace. Et ait rex isrl ad iosaphat. Nonne dixi tibi ꝙ nõ pphetaret iste mihi quicq; boni: ꝫ ea que mala sũt. At ille: idcirco ait audite verbũ domini. Vidi dominũ sedentẽ in solio suo: z oẽm exercitũ celi assistentẽ ei a dextris z a sinistris. Et dixit dmin⁹. Quis decipiet achab regẽ isrl' vt ascendat z corruat in ramoth galaad. Cunq; diceret vnus hoc mõ: et alter alio: processit spũs z stetit coram dño: et ait Ego decipiã eũ. Cui dominus. in quo inquit decipies. At ille rñdit. Egrediar: et ero spũs mendax in ore oim pphetarũ eius. Dixitq; dominus. Decipies: z prevalebis egredere z fac ita. Nũc igit ecce dñs dedit spm mẽdacij in ore omniũ pphetarũ tuoꝝ: z dñs locutus ẽ de te mala. Accessit aũt sedechias filius chanana: z percussit michee maxillã: z ait. Per quã viã transiuit spũs dñi a me vt loqueretur tibi Dixitq; Micheas. Tu ipse videb in die illo: qñ ingressus fuer[cubiculũ ꝰ cubiculo vt abscondaris. Precepit ãt rex isrl'dicens. Tollite micheã z ducite eũ ad dnõ pncipẽ ciuitat[: z ad ioas filiũ amalech: z dicetis. Hec dic̃ rex. Mittite hũc in carcerẽ z date ei panẽ modicũ: z aque pauxillum donec reuertar ĩ pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris ĩ pace: non est dmin⁹ locut⁹ in me. Et ait: Audite oẽs pplꝰ. Igitur ascendẽrt rex isrl' z iosaphat rex iuda ĩ ramoth galaad. Dixitq; rex isrl' ad iosaphat. [b] Mutabo habitum: z sic ad pugnãvadã: tu aũt induere vestibus tuis [c] Mutatoq; rex israhel habitu venit ad bellũ. Rex autẽ syrie pcepat ducibꝰ eq̃tatus sui dicẽs. Ne pugnetis ꝑ minimum: aut ꝑ maximũ: nisi ꝑ solũ regẽ isrl': itaq; cũ vidissent pncipes eq̃tatus iosaphat dixerũt: rex isrl'est iste. Et circumdederunt eũ dimicantes. At ille clamauit ad dñm: z auxilium est ei: atq; auertit eos ab illo. Cum eniz vidissent duces equitatus ꝙ nõ esset rex israel: reliq̃rũt eũ. Accidit autẽ vt vn⁹ e pplo sagittã ĩ incertũ iaceret z percutẽt regẽ isrl' iter ceruicẽ z scapulas. At ille auriga suo ait:

In secunda pte dicitur.

c Ascẽdite: cũcta eim dẽ. dicatra. sal. ꝙ loquit̃ cõditionatiue: z est sensus si ascẽdatis pspere vt dicũt pphete vestri tradent hostes in manꝰ vestras: qz cõditional' ꝓpositio vera est aliqñ: licz vtraq; ps sit falsa. sicut ista. si homo volat habet alas: sic in ꝓposito. Aliter etiam exponi boc. iij. Reg. f. ꝙ loquebat negatiue: vt optatiue: vt sit sensus vtinam sic esset sicut dicunt pphete vestri: qõ aduertens achab p q̃dã signa adiurauit eũ: vt nõ diceret nisi qõ sciret esse verum z planum.

b Mutabo habitũ. in hebreo habek. Muteris tv ni ad bellũ. z sic dirigit verbũ ad iosaphat. z est sensus. Amoue vestes tuas cões: z accipe arma bellica cum signis regalibus.

c Mutatoq; rex isrl' habitu. quia intrando bellũ nõ accepit insignia regalia cuius causa dicta fuit. iij. Reg. vltimo.

f Cõuerte manũ tuam z educ me de acie. nõ dicit de bello totaliter. qz seq̃tur. Porro rex israel stabat in curru suo ꝓtra syrios vsq; ad vesperã. sed dicit de acie qz ꝺ ꝑma acie qua erat fuisset se reduci ad aliã ĩ q̃ nõ tãtũ impugnaret: z sic posset magis dissimulare vulnerationez suam. ne populus suꝰ fugeret de ꝓlio.

Reuersus ē aūt. Hic ꝓ̄r describit ipſi⁹ ¶ Ca.xix. ioſaphat correctio ꝓmpta: vbi prio describit pro pbete reprehensio. scdo ipsius ioſaphat emendatō in se ⁊ in ꝓplo sibi subiecto: ibi. Habitauit ergo. Circa primū dicit. a Reuersus est aūt ioſaphat rex iuda. ꝛc pacifice: ſz ei fuerit i periculo mortis: vt ꝓdictuz ē: tñ reuersus fuit sine vulnē deo ipm ꝓtegēte. b Impio pbēs auxilium i. pbuisti. ⁊ volūtatem dñi.

c Et idcirco iraz q̄dē dñi merebar ꝛ de rigore iusticie: s ꝓpter alia opa tua bona pepcit tibi ex dulcore sue misericordie. d Habitauit ergo. Hic ꝓ̄r ponit ipius ioſaphat emendatio in se ⁊ populo suo. ⁊ prio in cultu diuino cum dicit.

e Rursūq; egressus est. s. p sacerdotes et leuitas sicut ante fecerat.

f De berſabee vſq; ad mōtē ephraim i. a principio regni sui vſq; ad finē: q̄ berſabee ē in principio regni ei⁹ versus austruz: ⁊ mōs ephraim in oppoſito versus aq̄lonez accipiēdo regnum ei⁹ put includit ciuitates alīq̄s: q̄s pater eius cepat ꝺ regno ꝛecez tribuū in monte ephraim g Cōstituitq; iudices. Hic secūdo describit ipius Ioſaphat ⁊ ꝓpli melioratio in regimie populi: ⁊ primo in cōmunibus causis. secūdo in arduis i q̄bus erat recursus i hierusalez: ibi. In hierlim q̄z. Circa p̄mū dr. Cōstituitq; iudices ⁊c. vt non oporteret populū discurrere de loco ad locū ad bīduz iudiciū i causis cōib⁹. b Et ꝓcipiēs iudicibus. ab eo institutis. i Videte ait q̄d faciatis. ne ꝓcipitanter: s cū magna deliberatōe sniaz feratis: cui⁹ cā subdit. k Nō. n. hōis exercetis iudiciuz s dñi. Uñ iudices q; tenēt locū dei in terris: vocant dū ꝓticipatiue vt dr Exo. xxij. Dñs uobis applicabit ad deos. i. ad iudices. l Et q̄cunq; iudicaueritis in vos redūdabit. i. i bonū vrm si bene iudicaueritis: ⁊ in malum si male.

m Nō. n. est apud dñm deū nrm. cui debetis cōformari in iudicādo: vt ex dictis. o Iniquitas neq; ꝓsonaz acceptio. nec cupido munerū. Ista. n. tria ex ꝓte iudicis faciunt peruerti iudiciū.

p In irlim q̄z. Hic ordinat regimē ꝓpli i arduis causis: que non poterant bene preiudicari absq; recursu in irlim sm q̄ ꝓcipitur Deu. xvij. vbi dicit. Si difficile et ambiguū apd te iudiciū ee ꝓspexeris. sequit. Surge⁊ ascende ad locū quē elegerit dñs ⁊c. et ideo ioſaphat ibi ꝓstituit iudices ad talia difficilia determinādum: iō subdit. Cūm cām que venerit ad vos fratrū vroz qui habitāt i vrbib⁹ suis ⁊c. sequit.

q Ubicūq; est q̄ de lege. q̄tū ad decez decalogi ꝓcepta.

r De mandato. q̄tum ad cetera moralia: exceptis decalogi quasi quedā cōditiones elicite.

s De ceremoniis. q̄tuz ad ceremonialia.

t De iustificationibus. i. de iudicialib⁹ per que iusticia est inter homines ꝓseruāda

v Sup ea opera erit que ad officiū regis pertinent. vt si aliqui rebelles inuenti antuz ꝓ eū pene debita plectant

¶ Ca.xix.

Reuersus ē autē ioſaphat in domuz suā pacifice in ierlm. Cui occurrit iehu filius Anani videns ⁊ ait ad eū. b Impio pbēs auxiliū: ⁊ his q̄ oderūt dñm amicicia iūgeris: c ⁊ id circo ira q̄dem dñi mereberis: s bona opa inuēta sunt in te eo q̄ abstuleris lucos de terra iuda: ⁊ ꝓparaueris cor tuuz vt requireres dñm deū ꝓm tuoz. d Habitauit ergo ioſaphat in hierusalē. Rursumq; egressus est ad ꝓplum e de berſabee vſq; ad montem Ephraim ⁊ reuocauit eos ad dñm deū patrū suoz. f constituitq; iudices terre in cūctis ciuitatib⁹ iuda munitis p singula loca: g ⁊ ꝓcipiēs iudicib⁹. h videte ait q̄d faciatis. k Nō. n. hominis exercetis iudiciuz: s dñi: ⁊ q̄cūq; iudicaueritis l ipos redūdabit. Sit timor dñi vobiscuz: ⁊ cū diligētia cūcta facite. m Nō ē. n. apud dñm deuz nrm o iniq̄tas nec ꝓsonarū acceptō: nec cupido munerū. p In irlm quoq; cōstituit ioſaphat leuitas ⁊ sacerdotes et ꝓncipes familiarū ex isrl vt iudiciū et cām dñi iudicarent habitatoribus eius: precepitq; ei dicēs. Sic ageris in timore dñi fideliter ⁊ corde perfecto Cūm cām q̄ venerit ad vos fratrum vroz q̄ habitāt in vrbib⁹ suis: inter cognatōnez ⁊ cognatōnem q vbicunq; q̄stio ē de lege r de mādato s de ceremoniis: t de iustificatōnib⁹ ostēdite eis vt non peccent in dūm: ⁊ ne veniat ira sup vos ⁊ sup fratres vros. Sic ergo agētes ñ peccabitis. v Amarias aūt sacerdos et pontifex vester: i his que ad deum ꝓtinent ꝓsidebit. Uerum zabadias filius ismael q̄ ē dux in domo iuda ꝓ super ea opa erit que ad regis officiuz ꝓtinent. Habetisq; mgros leuitas coram vobis: confortamini ⁊ agite diligenter: ⁊ erit dñs vobiscū in bonis.

¶ Ca.xx.

Post hec congregati sunt filij moab ⁊ filij ammō. ⁊ cū eis de ammonitis ad ioſaphat vt pugnent ꝓtra euz. b Uenerūtq; nunciū: et indicauerūt ioſaphat dicētes. Uenit ꝓtra te multitudo magna c de his locis q̄ trās mare sūt ⁊ de syria: ⁊ ecce cōsistūt i aſaſōthamar q̄ ē engaddi. d Ioſaphat aūt timore ꝓtersit e: totū se cō-

Capitn. xx.

Post hec cōgregati sūt. Hic ꝓ̄ter describit ipsius ioſaphat mirabilis victoria cuius ꝓmo describitur ꝓcessus: secundo sequēs effectus ibi. Irruit autē pauor tertio ponitur ioſaphat de fectus: ibi. Post h iniit Circa ꝓmū adnentus aduersātium nunciatur

secundo ioſaphat dñm deprecatur: ibi. Ioſaphat autē. tercio ꝓpheta eū ꝓsolat: ibi. Erat aūt iasibel. Circa ꝓmū dicit. a Congregati sunt filij moab ⁊ filij ammon ⁊ cum eis de idumeis. In hebreo habet. Et cuz eis de āmonitis. habet aūt translatio nostra loco bn⁹ de idumeis: q; ꝓm veritatem fuerunt idumei: vt patebit infra: nominant tñ in hebreo āmonite: q; acceperunt signa ammonitaz: ⁊ cōiunxerūt se exercitui eoz quasi essent de code ꝓplo. b Uenerūtq; nūcij. annūciantes ioſaphat aduentū istoz ꝓtra eum.

c De bis locis que trans mare sunt. scz trans mare mortuum. d Ioſaphat. Hic ꝓ̄ter ioſaphat de-

iminū tēpcaē ꝓ diuino auxilio impetrādo: ⁊ ad hoc se ⁊ ꝑplin disponit cū dī. e Et ꝑdicauit ieu. vniuerso iuda. gr afflictō ⁊ humiliatō faciūt oziones eraudibiles. f Cōgregatusq; ē ois iuda. vt q̄nto ozo eēt cōiox: tanto eraudibiliox. g Cūq; stetisset iosaphat i medio. ad aiandū alios ad orandū.

b Ante atriū nouuz. in atrio eē illo reges iuda fecerant aliq̄ abominabilia a quibus ipse euz purgauit: et sic dī atriū renouatū. i Domine deus. Dic cōsequenter iosaphat fozat oziōnem suā in qua allegat quinq; ad eraditōem tēpcatōnis sue. ꝓmū ē dei oīm potentia cū dī. k Tu es deus in celo ꝛc. ⁊ ido libera nos. q: ꝓ tes solo nutu. secundū est maiestatis diuine decentia: decet eē regiā maiestatē defendere vasallo suo terrā quā sibi dedit. de⁹ āt terrā ꝓmissiōis dedit filijs israel ergo ꝛc. ⁊ hec rō tangit cū dī. Mōne tu de⁹ nr̄ interfeciſti oīs habitatozes terre h⁹ ꝛc. terciū ē ꝓmissi diuini efficacia: cū. n. edificato tēplo salomō rogauit dominū vt si ꝑ hostē afflictus ibi ozaret dīm: q: ipse exaudiret in celo. Et rndit dīs salomoni: q: sic faceret cui⁹ promissio debet esse efficax: q: scribitur prouer. xxv. Nubes ⁊ uēt⁹ ⁊ pluuie nō sequētes vir gloriosus ⁊ promissa nō complens: et hec rō tangit ibi.

i Habita. i ea ⁊ extru. i ea sanc. dicētes. s. ꝓ salomonē. Si venerint sup nos mala ꝛc. sequit. m Et exaudies nos. ⁊ suppleuda ē rnsio dīnq: rndit salomoni se exaudire vt hz supra. vij. ca. quartuz ē aduersariox iniusticia q̄ bus ꝓ nō nocuerūt filij israel: nec terrā eox acceperūt. q̄ egressi fuerunt de egypto. vt hz Deu. j. ⁊ ideo iniuste volēbant auferre filijs israel terrā a deo sibi ꝓcessam: ⁊ hec ratiō tangit ibi. n Nūc igit ecce filij ammō ⁊ moab ⁊ mōs seyr. i. habitatozes montis seyr: qui dicuntur idumei et q̄ ꝓ q̄ dictū est in principio capituli. s. q: ꝓ āmonitas intelligunt idumei.

o Per quos non ꝓcessisti ꝛc. vt hatetur Deu. j.

p Ergo nō iudicabis eos. tu q̄ es iustus iudex. q. d. immo iudicabō eorū iniusticiā puniēdo. quintū ē ꝓpria impotētia cū dī.

q In nobis quidē nō ē tanta fortitudo: vt ꝛc. q. d. nō habem⁹ ꝓfidentiā nisi in te.

r Omnis ꝙ iuda sta. coꝝ dño cū paulis ꝛc. vt magis impetraret diuina clementia.

s Erat autē iazibel. Dic dñr describit ꝓphetica cōsolatio: in qua primo describitur victorie denunciatio: secundo eiusdē exhibitō ibi. Cūq; cepissent laudes ꝛc. tercō ꝑdecollectō ibi. Venit ergo iosaphat. Circa primū ponitur nomē ⁊ genus ꝓphete.

s Erat aūt ꝛc. et hoc ad denotāduz auctozitatē sue ꝓphetie. t Dec dicit dīs vobis. p me loquens.

v Nolite timere ꝛc. cuius cā subdit Non est. n. vra pugna sed dei: qa expugnabit ꝓ vobis inimicos vros: sicut patebit infra ꝓ effectū. Cōsequenter denunciat eis ꝓcedendi modum.

t Cras ascēdetis ꝓtra eos ꝛc. ⁊ patz ista vsq; ibi:

y Ceciderūt ꝓni in terrā coꝝ dño. ad regrandum ei de tāto bñficio sibi ꝓmisso. z Stās iosaphat in medio vt melius audiret a Credite deo vro. timebat ei ne aliqui pusillanimes effecti verbis ꝓphete discrederent: ⁊ sic fugerēt.

b Dedit q; cōsilium populo: q: nō debebat omittere ea que essent agenda. ideo sequit. c Et statuit cantozes dñi sicut cōsuetum erat in bellis filioꝝ israel fieri.

tulit ad rogandū dīm: e ⁊ ꝑdicauit ieiuniū vniuerso iuda. f Cōgregatusq; ē iudas ad tēpcādū dīm: ⁊ oēs de vrbib⁹ suis venerūt ad obsecrandū eū. g Cunq; stetisset iosaphat i medio cetu iude ⁊ hierlm in domo dñi b ante atriū nouū ait. i Dñe de⁹ patrū nr̄oꝝ k tu es deus i celo: ⁊ dñaris cūctis regnis gentiū. In manu tua ē fortitudo ⁊ potētia: nec quisq; tibi pōt resistere. Nonne tu, de⁹ nr̄ interfeciſti oīs habitatozes terre huius coꝝ populo tuo isral: et dediſti eam semi abzaaz amici tui i sempiternū. l Habitauerūtq; in ea: ⁊ extruxerūt i illa sanctuariū noī tuo dicētes. Si irruerint sup nos mala: gladius iudicij: pestilentia ⁊ fames: stabim⁹ corā domo hac i ꝓspectu tuo i q̄ invocatuz ē nomē tuuz ⁊ clamabim⁹ ad te in tribulatōib⁹ nr̄is: m et exaudies nos: saluosq; facies. n Nūc igit ecce filij ammō ⁊ moab ⁊ mōs seyr o ꝙs nō cōcessisti isral vt transirent q̄n egrediebant de egypto: ⁊ declinauerūt ab eis ⁊ nō interfecerūt illos: ecōtrazio agūt ⁊ nituntur eijcere nos de possessione quā tradidisti nobis deus noster. p Ergo non iudicabis eos. q In nobis quidē nō ē tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere que irruit sup nos: ⁊ cū ignorem⁹ q̄d agere debeamus ꝙ solum habemus residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te. r Omis ꝙ iuda stabat coꝝ dño: cum paulis et vxoribz et liberis suis. s Erat aūt iazibel filius zacharie filij banaie filij iehibel filij mathanie leuites de filijs asaph: sup quem fact⁹ ē spūs dñi in medio turbe ⁊ ait. Attēdite oīs iuda et q̄ habitatis in irlm: et tu rex iosaphat. t Hec dic dīs vob⁹ Nolite timere nec paueatis hāc multitudinem. Nō ē. n. vra pugna: sed dei. v Cras ascēdetis cōtra eos. Ascēsuri. n. sunt ꝑ cliuū nomie seyr: et inuenietis illos in sūmitate torrētis q̄ ē cōtra solitudinem hierubel. Nō. n. eritis vos q̄ dimicabitis: ⁊ tantūmō ꝓfidenter state: ⁊ videbitis auxilium dñi sup vos. O iuda et hierusalē nolite timere nec paueatis. Cras egrediemini ꝛ eos: ⁊ dīs erit vobiscū. y Iosaphat q̄ ⁊ iuda ⁊ oīs habitatozes hierlm y ceciderunt ꝓni i terrā coꝝ dño ⁊ adorauerunt eū. Porro leuite de filijs caath ⁊ de filijs chore laudabant dīm deū isral voce magna in excelsum. z Cūq; mane surrexissent egressi sunt ꝑ desertū thecue: ꝓfectisq; eis a stās iosaphat in medio eoꝝ dixit. Audite me viri iuda: ⁊ oīs habitatozes hierlm. b Credite i deo vro: ⁊ securi eritis. credite ꝓphetis ei⁹: et cuncta eueniēt ꝓspera. c Deditq; cōsiliū ꝑplo ⁊ statuit cantozes dñi vt laudarēt eū i turmis suis: ⁊ ascenderēt exercitui ac voce ꝓsona dicerēt. Cōfitemini dño q: in ꝛ

o Cūq̄ cepissent hic ꝓ̄r describit victorie ꝓmisse exhibitio: z hoc virtute diuina cū dī.

e Vertit dñs insidias eoꝝ i semetipos. i. aduersarios iudeorū q̄ insidiabant vite et terre ipoꝝ. f Manq̄ filij ām̄on et moab ꝓsurrexerūt ꝛc. q̄a dñs posuit i eis spiritum vertiginis z dissensionis.

g Porro iuda ꝛc sequit. Vidit pcul oēm late regionez plenā cadaueriby. z sic vidit victoriā sibi ꝓmissaz iaz in effectu datā.

b Venit ḡ. Hic ꝓ̄r describit pde collectio: z patz litera vsq̄ ibi.

i Die aūt quarta vbi ponit ḡrarum actio. primo extra ir̄m cū dī. Cōgregati sunt i valle benedictōis: secundo in ir̄m in templo dñi cū dī. Reuersusq̄ est ois vir iuda ꝛc. z pz ĩra.

k Irruit āt. post q̄z descriptus est victorie ꝓcessus: hic ꝓ̄r describit seq̄ntis effectus q: p istam victoriā a deo datā: ipli q̄ erāt in circuitu regni Josaphat fuerūt territi ita q̄ nō audebant regnū iosaphat infestare: sequit.

l Et ambulauit i via pr̄is sui asa ꝛc. scilz q̄diu asa fecit bonū: sed in malo nō fuit secuty ipsuz vicz in hoc q̄ misit aurū et argetū domus dñi regi syrie diffidens de diuio auxilio: vt habetur iij. Regū. xv. z in b q̄ ꝓbetaz ip̄m arguentē poni iussit in neruo: vt habet xv. m Verūtñ excelsa non abstulit ꝓtrariū videt supza. xvij. Cunq̄ sumpsisset cor eius audaciā ꝓpter vias dñi: etiā excelsa z lucos de iuda abstulit. Dicendū q̄ ibi loquit scriptura de excelsis in quib⁹ immolabat ydolis: hic aūt de excelsis in quibus deo immolabat: qd a plurib⁹ regibus fuit ꝓmissum ad maius malū euitandū: sicut dcm fuit supza. xiij. ca. in principio.

n Post hec inūt. Hic vltimo iosaphat de mala societate punit: primo q reprehensionem ꝓbete: que fuit quedaz

mini dño. qm̄ in eternū misericordia ei⁹. o Cūq̄ cepissent laudes canere: e vertit dñs insidias eoꝝ in semetipos filioꝝ. i. ām̄o z moab z mōtis seyr: q̄ egressi fuerāt vt pugnarēt ꝓ iudā: z pcussi sūt. f Nāq̄ filij ām̄on z moab cōsurrexerūt aduersum habitatores mōtis seyr: vt interficerēt z delerēt eos. Cū q̄z hoc ope ꝓperassent: et i lemetipos versi mutuis cōcidere vulneribus. g Porro iuda cū venisset ad speluncā q̄ respicit solitudinez vidit pcul oēm late regionē plenaz cadaueriby: nec superesse quēq̄ q̄ necē potuisset euadere. b Venit ḡ iosaphat et ois ppl's cū eo ad detrahenda spolia mortuoꝝ. inuenerūtq̄ int cadauera vasa pellectilem: vestes q̄z vasa pciosissima: z diripuerunt: ita vt ois portare nō posset nec p tres dies spolia auferre: pre prede magnitudine. i Die āt quarto ꝓgregati sūt in valle bñdictiōis. Ibi enim q̄z ibi bñdixerūt dño: vocauerūt locū illū vallis bñdictōis vsq̄ in p̄nteꝝ diē. Reuersusq̄ ē ois vir iuda z hītatores hierl'm: et iosaphat ante eos in ir̄m cuz letitia magna: eo q̄ dedisset eis dominus gaudiū de inimicis suis. Ingressiq̄ sunt in hierusalē cū psalteriis z citharis z tubis in domū domini k Irruit aūt pauor dñi sup vniuersa regna terraꝝ: cum audissent q̄ pugnasset dominꝰ p̄ inimicos isr̄l. Quieuitq̄ regnuz iosaphat: z p̄buit ei dñs pacē p circuitū. Regnauit igit̄ Josaphat sup iudā: z erat trigīta q̄nq̄ annoꝝ cum regnare cepisset. Viginti aūt z q̄nq̄ annis regnauit in ir̄l'm: et nomen mr̄is ei⁹ azuba filia selachi. l Et ambulauit in via p̄ris sui asa: nec declinauit ab ea faciēs q̄ placita erāt coram dño. n Verūtamen excelsa nō abstulit: et adhuc ppl's non direxerat cor suum ad dñm deū patrū suoꝝ. Reliq̄ aūt gestoꝝ iosaphat ꝓmoꝝ z nouissimoꝝ scripta sūt in vbis iehu filij anani: q̄ digessit i libro regū isr̄l. n Post hec inūt amicicias iosaphat rex iuda cū ochozia rege isr̄l cui⁹ opa fuerūt impissima: z pticeps fuit vt faceret naues q̄ irēt i tharsis: fecerūtq̄ classez in asiōgaber. Prophetauit aūt eliezer filius dodau de maresa ad Josaphat dicēs. Quia hūsti fedus cuz ochozia: pcussit dñs opera tua: o ꝓtriteq̄ sūt naues nec potuerūt ire i tharſ. ¶ .xxj. o Ormiuit autez iosaphat cū p̄ribus suis z sepult⁹ ē cū eis in ciuitate dī regnauitq̄ iozaz filius eius p eo. p Qui hūit frēs filios iosaphat: azariaz z iahihel z zachariā z azarīā z michael z saphatiā. Oēs hi filij Josaphat regis iuda. c Deditq̄ eis p̄ suus multa munera argenti z auri: et pensatōes cū ciuitatibo munitissimis in iuda: regnū aūt tradidit iorā eo q̄ esset primogenit⁹. Surrexit aūt iorā sup regnū p̄ris sui. o Cunq̄ se ꝓfirmasset c occidit oēs fratres suos gladio: f z quosdam de principibus iuda. Triginta duoꝝ annoꝝ

publitio: in q̄tuz Josaphat accepit eā patienter sc̄do p damnuz tpale vñ sbdit. o Cōtriteq̄ sūt naues: q̄t amicicia ipsi⁹ Josaphat ꝓtractā cū Ochozia q̄ erat pessimus ydolatra: z hāc punitionem iosaphat patienter acceptauit: z sic i p̄ti punitus fuit: ne puniret grauius in futuro.

Capi. xxj.

a Ormiuit aūt iosaphat. hic ꝓ̄r agit de tpe ipsi⁹ iozam: cui⁹ primo describit vita praua: secūdo ꝓtra eū rebellio iusta: ibi. In diebus illis. tercio reprehēsio vera: ibi. Allate āt sunt ei lr̄e. quarto ꝓmitio dura ibi. Suscitauit ḡ ꝛc. Circa primū oēdit fraticida cū dī.

b Qui habuit frēs filios Josaphat azariaz iahibel ꝛc. isti nominant hic: vt euidētius appareat malicia ioram: q̄ eos occidit: vt postea sequitur.

c Deditq̄ eis p̄ suus multa munera auri et argenti: z pensatōnes ꝛc. i. ānuos redditus: z seq̄tur.

d Cunq̄ se cōfirmasset. i. amicicia et adiutorio malorum hominū se vallasset. e Occidit oēs frēs suos. vt bona eorū possideret: et ne forsitan ipso electo de regno ꝓpter suā maliciam. aliquis de fratrib⁹ suis regnaret. f Et quosdā de principibus iuda. q̄ facta sua nō approbabāt: & magis eius maliciā abhorrebāt. Scdo notant de ydolatria: cū dicit. g Ambulauitq̄ in vijs regū isr̄l. qui erāt ydolatre.

b Sicut egerat domus achab. qui coluit baal.

f Filia quippe achab erat vxor eius. z iō induxit maritū ad ydolatriā. Ista aūt fuit athalia: que ca. seq̄nti.

dr̄ filia amri patris achab. ad qđ põt dici dupl'r. Uno mõ q̄ fuit filia achab naturalis: vt hic dr̄ sequẽti capi. tñ dr̄ filia amri eo mõ loquendi q̄ filij filioꝝ dicunt̄ filij parentũ: qui frequẽs ē in scriptura. Alio mõ q̄ fuit filia amri naturalis: sed dr̄ hic filia achab nutritõne ꝛ imitatõe in ydolatria: quia mor tuo pr̄e ei⁹ amri ipe nutriuit eaz ꝛ docuit i malo.

k Uoluit aũt dñs dispdere domũ dauid. q̄uis iste ioꝛã p malicia suã demeruisset.

l In dieb⁹ illis. Hic ꝫ ioꝛaz ponit̄ rebellio iusta. ꝛ ptz sententia ex dictis. iiij. Regũ. viij. c. addendũ tñ est hic cum dr̄.

m Et percussit edom q̄ se circũdederat. Iz hoc sit ibi expositus tñ ꝑ ponit̄ alia expositio in glosa hebraica: videlicz q̄ ioꝛã in exercitu suo habebat multos de idumeis: eo q̄ erãt viri fortes ꝛ ei subiecti: ꝛ illos interfecit ioꝛã subito ne irẽt ad iuuandũ illos idumeos q̄ rebellauerũt cõtra eũ. n Allate autẽ sunt ei litere. Hic cõsequenter describitur reprehensio ipsius vera p literas helye: quarũ sententia hic breuit̄ ponit̄ q̄ tum ad pcã ioꝛam: ꝛ patz sententia ex dictis. dicunt autẽ hebrei q̄ iste litere fuerũt ei allate post translationem helye in celum. de qua habetur. iiij. Reg. ij. et ꝫ videt̄ rõnabiliter dictũ. quia in illis literis fiebat mentio de occisione fratrũ suoꝝ: illos autem non occidit viuẽte patre eius ioſaphat: vt satis patet ex principio hui⁹ capituli. nec ioſaphat etiam hoc p̃misisset: cũ eẽt sanct⁹ et bonus: vtz ex supꝛadictis: helyas vo raptus fuit ante mortẽ ioſaphat: qđ ptz ex hoc q̄ heliseus q̄ remãserat loco helye. post eius raptum ꝓbetauit tribus regib⁹ de aqua eis danda ꝓpter reuerentiaz ipsius ioſaphat regis inde qui erat ibi: vt habet̄. iiij. Reg. iij.

o Et fornicari fecisti iudã p ydolatriaz que vocatur fornicatio: eo q̄ facit diuerti a vero spõso q̄ est de.

p Ecce dñs pcutiet te plaga magna de. de rebus. ꝛ etiaz ꝓpria pſona: ideo subdit̄. Tu aũt egrotabis de. sequit̄.

q Suscitauit ergo. Hic p̃ñr describitur ipsius ioꝛaz punitio oura fm tenorem literaꝝ helye ꝛ eodem ordine q̄ denũciata est punitio ista. cũ dr̄. q Suscitauit de. spm philistinoꝝ. i. voluntatem ꝛ animositatem inuadendi regnum ioꝛã.

r Et vastauerũt eã. q̄tuz ad villas ꝛ agꝛos.

s Diripuerũtq̄ cũctã substantiaz. q̄tuz ad bona mobilia.

t Insuper ꝛ filios eius. quos occiderũt: vt habet̄ in principio sequẽtis capitli: excepto ioachaz minimo.

v Et sup hec oia pcussit eũ dñs. in pſona ꝓpria.

x Alui uoloꝛe insanabili: ita q̄ diu cruciaret̄ pena horribili: iõ sequit̄.

y Mortuusq̄ ē i infir. pessima. non solũ q̄tũ ad corp⁹: ſ etiã q̄tũ ad aiaz. q: non apparuerũt ei penitentie signa ꝓpter qđ subdit̄.

z Et nõ fecit de. ꝑbustionis exequias ꝑburendo circa eũ aromatica.

a Sicut fecerat maioꝛibus eius. vt dictũ ē supꝛa dr̄ asa ca. xvj. Iz iste indigeret eo q̄ erat totus corrupt⁹: ꝛ fetidus: vt ptz p̃dicta: ꝛ hoc in detestatõem sue malicie ꝛ excadẽ cã non fuit sepultus in sepulcro regum: quia regnaucrat indigne.

erat ioꝛã cũ regnare cepisset ꝛ octo annis regnauit i hierusalẽ: [g]ambulauitq̄ i vijs regũ isr̄l' [b]sicut egerat dom⁹ achab' [i]Filia quippe achab erat vxoꝛ eius. Et fec̄ malũ in ꝓspectu dñi. [k]Noluit aũt dñs dispdere domũ dr̄ pp̃ pactũ qđ inierat cũ eo: ꝛ qr̄ promiserat vt daret ei lucernã ꝛ filijs eius in oĩ tp̃e' [l]In diebꝫ illis rebellauit edom ne eẽt subditus iude: ꝛ constituit sibi regẽ. Cũq̄ trãsiret ioꝛam cũ pꝛincipib⁹ suis ꝛ cũcto eq̄tatu q̄ erat ꝫecũ: surrexit nocte[m] et percussit edom q̄ se circumdederãt: ꝛ oñs duces eq̄tat⁹ ei⁹. Attñ rebellauit edõ: ne eẽt sb ditione iuda: vsq̄ ad hãc diez Eo tẽpe ꝛ lobna recessit ne eẽt sub manu illi⁹. Dereliq̄rat. n. dñm de patrũ suorũ: insup et excelsa fabricatus ē in vrbib⁹ iuda: ꝛ fornicari fecit habitatoꝛes hierusalẽ ꝛ puaricari iudã[n] Allate est aũt ei lr̄a ab helya ꝓpheta: in q̄bꝫ scriptuz erat. Hec dicit dñs de⁹ dr̄ pr̄is tui. Qm̃ non ambulasti in vijs ioſaphat pr̄is tui: et in vijs asa regis iuda: ſ incessisti p iter regũ isr̄l'. [o]ꝛ fornicari fecisti iudaz: ꝛ habitatoꝛes hierl'm: imitatus fornicatõem domus achab insup ꝛ frẽs tuos domuz pr̄is tui meliores te occidisti[p] ecce dñs pcutiet te plaga magna cum pp̃lo tuo: ꝛ filijs ꝛ vxoribꝫ tuis: vniuersaq̄ sb̃stantia tua. Tu aũt egrotabis pessimo lãguoꝛe veteri: donec egrediant̄ viscalia tua paulatim per singulos dies [q]Suscitauit g̃ dñs ꝓtra ioꝛã spm philistinoꝝ ꝛ arabũ q̄ ꝓximi sunt ethyopib⁹: et ascenderũt in terrã iuda[r] et vastauerũt eã. [s]Diripuerũt q̄z cũctã substantiã q̄ inuẽta ē in domo regis: [t]insup et filios eius ꝛ vxoꝛes. Nec remãsit ei fili⁹ nisi ioachaz q̄ minim⁹ natu erat. [v]Et sup hec oia pcussit eũ dñs[x] alui lãguoꝛe insanabili. Cunq̄z diei succederet dies: et tp̃m spacia voluerent̄ duoꝝ annoꝝ expletus est̄ circulus: ꝛ sic lõga ꝓsumptus tabe: ita vt egereret etiã viscera sua: lãguore piter ꝛ vita caruit [y]Mortuusq̄z ē in infirmitate pessima: [z]ꝛ nõ fecit ei popul⁹ fm morez cõbustionis exeq̄as[3] sic̄ fecerat maioꝛib⁹ eius. Triginta duoꝝ ānoꝝ fuit cum regnare cepisset: ꝛ octo annis regnauit in hierl'm. Ambulauitq̄z nõ recte: ꝛ sepelierũt eum in ciuitate dr̄: verũtamẽ nõ in sepulcro regũ.

Ca. xxij.

[a]Onstituerũt aũt habitatoꝛes hierl'm[b] ochoziã filiũ ei⁹ [c]minimũ regẽ ꝓ eo. Omẽs em̃ maioꝛes natu

Ca. xxij.

Onstituerunt autez. Hic p̃ter agit̄ dr̄ pe ochozie. Et primo describitur eius mala vita. Secũdo infert̄ pena debita: ibi. Igit̄ azarias. Snia prime ptis p3 ex dict⁹ iij. Reg. viij. in fine: exceptis que sequunt̄.

b Ochoziaz filium eius. Iste est qui ca. p̃cedenti dict⁹ est ioabaz: ꝛ in pte sequenti dicit̄ azarias: q: fuit trinomius: vel quia est idem nomen variatum. sicut in latino idẽ nomen est nicolaus colinus coletus.

c Minimũ. q: alij filij fuerãt interfecti. d Quadraginta duoꝝ annoꝝ fuit ochozias cũ regnare cepisset. hoc videtur impossibile. q: in fine p̃cedentis capituli dictuz est q̄ ioram pater ei⁹. xxij. annoꝝ erat: q̃n cepit regnare: ꝛ octo annis regnauit: ex quo sequit̄: q̄ filius eius ocho-

rias senior fuit patre duobus annis. Ad qđ dicendū sm
sniam bieronymi: q̄ iozam regnauit. xxviij. annis: z octo
annis regnauit satis bene post mortē patris fuit iosaphat
anteq̄ p vxorē suā ad ydolatriā traberet: z iō illi octo an
ni tm̄ in eius regno ꝓputant̄: alijs aūt. xx. ānis regnauit
pessime: ꝓpter qđ i
ei⁹ regno nō cōpu-
tant̄ sicut libro pri
mo Reg. xiij. dicit̄
q̄ saul r̄gnauit du-
obus annis: z resi-
duum tacet̄: quia
duobus annis tm̄
bene regnauit: tm̄
pluribus regnauit
licet male: vt ibidē
dictū fuit: & annis
vite filij sui copulā
tur ne error in by-
storia fieret si oino
tacerent̄. silr z alij
anni saul alibi exp̄
munt̄. s. Actu. xiij.
z ꝓpter hoc dr. iij.
Reguz. viij. q̄ iste
ochozias. xxij. a n-
nox erat q̄n regna
re cepit: q̄ ibi rese-
cant̄ anni. xx. pris
sui qui hic adduntr
rōne dicta.

e Jp̄i. n. fuerunt
ei cōsiliarij. s. illi de
domo Achab: qui
erāt ydolatre.

f Et ꝓcepit cū io-
ram filio achab. ex
amicicia z familia
ritate.

g Jgit̄ ochozias
vel Azarias. Hic
ꝓfr describit eius
pena debita: z pri-
mo in ꝑsona pro-
pria: scdo in prole
sua: ibi. Nec erat
vltra spes. sm̄a au
tem prime gtis p̄z
ex dictis. iij. Reg.
ix. e. z. viij. g. excep-
to qđ sequit̄.

h Qué vnxit de⁹
p. vnuz de discipul'
Heliseī. vt br. iij.
Reg. ix.

i Et filios fratrū
ochozie. q: fratres
ochozie fuerāt int̄-
fecti: vt dcm̄ ē s fi-
lij eox remāserāt:
vocāt̄ tm̄ fratres
ochozie. iij. reguz
x. ca. i. ꝓinqui z de
eadē cognatiōe. in
libro de hebraicis
questionib⁹ dicit̄ q̄
erāt ꝑsobrini ocho
zie. k Nec erat
vltra spes. Hic cō-
sequenter describi
tur ꝓuisio Ocho
zie i ꝑle sua: q: mr̄
q̄ añ eū fuerāt int̄fecerāt la
trones arabū q̄ irruerāt in
castra. Regnauit Ochozi-
as filius ioram regis iuda.
j Quadragīta duox annox
erat ochozias cum regnare
cepisset z vno āno reḡuit in
ir̄m: z nomē mr̄is ei⁹ athā-
lia filia amri. Sz z ipe igres
sus est p vias domus achab
Ad̄r em̄ eius impulit eum vt
impie ageret. Fec igr̄ malū
in ꝑspectu dn̄i sicut domus
achab. l Jp̄i. n. fuerūt ei con
siliarij pr⁹ mortē p̄ris sui in
interitum eius: ābulauitq̄ i
ꝓsilijs eox. m Et ꝓcepit cum
ioram filio achab rege israel
in bellū ꝑ asahel regē syrie
in ramoth galaad vulnera
uerūtq̄ syri ioram. Qui re-
uersus e vt curaret̄ in iezra
hel. Multas em̄ plagas ac-
cepat in supdicto certamie
n Jgit̄ ochozias fili⁹ ioram
rex iuda descendit vt inuise
ret ioram filiū achab i iezra-
hel egrotāte. o Voluntatis
ꝙppe fuit dei adūsus ocho-
ziam: vt veniret ad ioram: z cū
venisset z egrederet̄ cum eo
aduersus iehu filiū namsi.
p quē vnxit dn̄s vt deleret do
mū achab. Cum g̃ everteret
iehu domum achab inuenit
principes iuda q z filios frm̄
ochozie q̄ ministrabāt ei: z
interfecit illos. Jp̄m q̄q̄ p-
quirēs ochoziā ꝓphēdit la-
titantē i samaria: adductū
q̄q̄ ad se occidit: z sepelierūt
eū eo q̄ eēt fili⁹ iosaphat: q̄
quesierat dn̄m in toto cor-
de suo r Nec erat vltra spes
aliqua: vt de stirpe quis re-
gnaret ochozie. Siquidem
athalia mater eius videns
q̄ mortuus essz filius suus
surrexit z interfecit omnes
stirpem regiā domus ioraz
Porro iosabeth filia regis
tulit ioas filium ochozie: z
furata ē eū de medio filio-
rū regis cuz interficerētur
s absconditq̄ eū cū nutrice
sua in cubiculo lectulorum
Josabeth āt q̄ abscōderat
eū erat filia regis ioraz: vxor
iodade pōtificis sororis ocho
zie: z idcirco athalia nō in-
terfecit euz. Fuit ergo cum
eis in domo dei absconditus
sex ānis: q̄bo regnauit atha
lia sup terrā. Ca. xxiij.

t Anno aūt septimo cō
fortatus iodada u assūp-
sit centuriones: azariā vicz
filium hieroboam z ismael
filium iohannan: azariam
q̄q̄ filiuz obed: z maasiā filiū
adaie: z elisaphat filiuz
zechri: z iniit cuz eis fedus.
Qui circūeuntes iudā con
gregauerūt leuitas de cūctis
vrbib⁹ iuda: z principes fa-
miliax israel: venerūtq̄ in hie-
rusalē. x Jniit ergo oīs mlti
tudo pactū in domo dei cū
rege. Dixitq̄ ad eos iodada
Ecce filius regis regnabit
sicut locutus ē dn̄s sup filio
s dd. Jste ē sermo quē fa
cietis. Tercia ꝑs vr̄m qui
veniūt ad sabbatum sacer-
dotū z leuitax et ianitoruz
y erit in portis: tercia vo ꝑs
ad domū regis: et tercia z ad
portam que appellatur fun
damenti. Omne vero reli-
quū vulgus sit in atriis do-
mus domini: nec quispiam
alius ingrediatur domū do-
mini: nisi sacerdotes z q̄ mi
nistrāt de leuit. Jp̄i tantū
modo ingrediant̄: q: sancti
ficati sūt: z oē reliquū vulg⁹
eathalia interfecē dēs filios eius vno excepto: et ꝓ
sinia huius partis ex dictis. iij. Regū. xj. a. excepto qđ
sequit̄. | Absconditq̄ &c. in cubiculo lectulox. i. in
vomitorio sacerdotū in templo ministrantiū: vt dicit h
glosa hebraica tercio regū dr. Eratq̄ cū ea in domo do
mini clam. vbi
dicit ra. sal. q h
fuit i solarijs tē
pli: z forte ibi ia
cebant sacerdo
tes i sua exedra
ministrātes vel
saltē eorū aliqui
vl' potest dici q
primo abscōdit
euz in vomito-
rio sacerdotum
qđ erat circa tē-
plum: postea trā
stulit eū ad sola
rium templi. vt
secretius serua-
retur ibi.

Ca. xxiij.

a Anno āt
septimo.
Hic agi-
tur de ꝓpe ipius
ioas regis iude
et primo describ
bitur ei⁹ institu-
tio. scdo regni
sui ꝓsecutio ca.
xxiiij. Circa pri-
mū prio describi
tur ipsi⁹ ioas in-
stitutio: secūdo
athalie occasio:
ibi. qđ cū audis-
set athalia. ter-
cio regis institu
ti confirmatio:
ibi. Depigit aūt
ioiada. sma aūt
istax ptium pa-
tet ex dictis. iij.
Reg. xj. exceptis
que sequuntur.
Jn pria ꝑte dr.

b Assumpsit
centuriones aza-
riam &. nomia
istox omittunt̄
iij. reguz que ex-
primunt̄ hic ad
maiorem hysto
rie certitudinē.

c Erit in por-
tis. iij. regum dr
Ad portā seyr.
z forte et illa p-
te erant plures
porte: ō dr hic i
portis.

d Ad portam
q̄ appellat̄ fun-
damenti: ista est
porta que tercō
regū dr: p⁹ habi
taculū scutario-
rū. Porte enim
pluribus noib⁹

noiant̃ et diuer
lis ꝓpietatib⁹.
e Et peltas re
gis dō. i. scuta
rotūda a pellen
do dicta. q̃a re-
pellūt ictus. In
sc̃a pte dicit̃.
f Cūq; vidisset
regē stantē sup
gradū. Dicunt
aliqui q̃ iste gra
dus erat basis
enea sup quam
ozauit salomon
vt bī supza sexto. z vocat̃ gra-
dus. q̃ ad eam
ascendebat̃ per
aliquot gradus
q̃ habebat tres
cubitos in alti-
tudine vt ibidez
dī. Ꝑm alios vo
erat quedaz se-
des notabilis in
porticu templi:
vbi rex sedebat
q̃n veniebat ad
domuz dñi. In
tercia pte dicit̃.
g Cōstituit aūt
ioiada ꝓpositos
in domo dñi. vt
fierēt ibi diuina
obsēq̃a: sicut fie
bant antecq̃ re-
gnaret Athalia
q̃ cultū diuinuz
ꝓout potuit de-
struxit: vt habet̃
ca. sequenti.
h Iuxt̃ dispo-
sitionem dō. que
dispositio bī su-
pza li. j. xxiij. et
xxv. ca.
i Letatusq; ē
omis ꝑs terre.
eo q̃ liberatus
erat a dñio mu-
lierꝭ: qō erat ob
probriosum. et
q̃ regnū restitu
tū erat ad bere-
dem debitum.

obseruet custodias dñi. Le-
uite aūt circūdent regē hñ-
tes singuli arma sua. z si q̃s
alius ingressus fuerit tem-
plū interficiat̃: sintq; cū re-
ge: z intrante et egrediente.
Fecerunt ergo leuite et vni
uersus iuda iuxta omina q̃
ꝑcepat ioiada pontifex. Et
assumpserunt singuli viros
q̃ sub se erāt: z veniebant p
ordinē sabbati cū his q̃ iaz
ipleuerant sabbm: z egressi
erāt. Dixq̃dez ioiada ponti-
fex non dimiserat abire tur
mas q̃ sibi p singulas ebdo
madas succedere consueue-
rant. Bediitq; ioiada sacer-
dos cēturionibꝫ lāceas cly-
peosq; e z peltas regis dauid
quas cōsecrauerat in domo
dñi. Cōstituitq; oēm ꝑplm
tenētiū pugiones a pte tem
pli dextra vsq; ad ptem tem
pli sinistrā cozā altari z tē-
plo p circuitū regis: z edu-
xerūt filiū regis: z imposue-
rūt ei vyadema et testimo-
niuz dederūtq; in manu ei⁹
tenēdā legē z ꝑstituerūt eū
regez. Unxit q̃ illū ioiada
pōtifex z filij ei⁹: ꝑcussitq;
sunt ei atq; dixerūt. Eliuat
rex. Qō cum audisset atha
lia vocē. s. curzētiū atq; lau
dantiū regē ingressa est ad
plm in tēplū dñi. f Cūq; vi
disset regē stātē sup gradū i
itroitu z ꝓncipes turmasq;
circa eū: oēmq; ꝑplz ire gau
dētē atz clāgētē tub z diuſi
generis organis ꝑcinentem
vocēq; laudantiū. scidit ve-
stimenta sua et ait. Insidie
insidie. Egressus aūt ioia-
da pōtifex ad cēturiones et
principes exercit⁹ dixit eis.
Educite illuz extra septa tēpli
z interficiat̃ forꝭ gladio. Pre
cepitq; sacerdos ne occide-
ret in domo dñi. Et impo-
suerūt cerucibꝫ ei⁹ manus.
Cūq; intrassz portā equoz
dom⁹ regis: interfecerūt eaz
ibi. Pepigit aūt ioiada fe-
dus int̃ se vniuersumq; po-
pulū z regē: vt eēt ꝑplis dñi.
Itaq; ingressus ē oīs ꝑplis
domū baal: z destruxerūt eaz.
z altaria ac simulachra illi
us cōfregerūt: matbā q̃q; sa-
cerdotē baal interfecerūt añ
aras. § Cōstituit aūt ioia-
da ꝓpositos in domo dñi: et
sub manibꝫ sacerdotū et le-
uitarū: q̃s distribuit dō i do
mo dñi vt offerrēt holocau
sta dño sicut scriptum est in
lege moysi: in gaudio z can
ticis b iuxta dispositionē da-
uid. Constituit quoq; ianito
res in portis dom⁹ dñi:
vt nō ingrederet̃ eā immūdus in oī re. Assumpsitq;
centuriones et fortissimos
viros: ac principes ꝑpli et
omne vulgus terre: et fece-
runt descendere regez de do
mo domini: et introire per
mediuz porte superioris in
domum regis: et collocaue-
runt eū in solio regali. i Le-
tatusq; est omnis populus
terre et vrbs quieuit. Por-
ro athalia interfecta ē gla-
dio.

Capitm. xxiiij.

a Octem annoꝝ erat
ioas cū regnare cepis-
set et quadraginta annis re
gnauit in hierlm. Nomen
matris eius sebia de bersa-
bee. Fecitq; qō bonū est co-
ram dño: cunctis diebꝫ ioia
de sacerdotis. Accepit aūt
ei ioiada vxores duas: e qui
bus genuit filios et filias.
Post q̃ placuit Joas vt in-
stauraret domū domini: cō-
gregauitq; sacerdotes z le-
uitas et dixit eis. b Egredi-
mini ad ciuitates iuda: et
colligite de vniuerso israel
pecuniam ad sartatecta tē-
pli dei nostri per singulos
annos: festinatoq; hoc fa-
cite. Porro leuite egere ne-
gligentius. Vocauitq; rex
ioiadam principem: z dixit
ei. Quare tibi nō fuit cure
vt cogeres leuitas inferre d
iuda z de hierusalē pecuniā

Capitm. xxiiij.

Octo anno
rū erat ioas
Hoc ꝓñr de
scribit̃ regni Joas
ꝓsecutio: z primo
de ꝓsperitatis. se
cundo de aduersi
tate: ibi. Postq; aūt
obiit ioiada. Ꝑtia
in duas. q̃ ꝓio de
scribit̃ ꝓcessus re-
gni ioas in bono:
secūdo ioiade pon
tificis sancta cōsū-
matio: ibi. Senuit
aūt ioiada. sententia pmie ꝑtis ꝑz
ex dictis. iiij. Reg.
xij. exceptis que se
quunt̃.
b Egredimini ad
ciuitates iuda. pre
ter. n. illam pecuni
am q̃ sponte offere
bat̃ in tēplo ꝑ ne-
cessarijs tēpli: vo-
luit rex vt a quoli-
bet capitaneo d̄ re
gno suo colligeret̃
dimidius siclus ar
genti q̃ soluebatur
a cōitate z i hoc eq̃
liter soluebat pau-
per z diues: vt ba
bet̃ Exo. xxx. z hec
pecunia dabat̃ ꝑ
redemptōe anime
q̃ cum sic numera
bant̃ p dimidios
siclos datos: non
erat plaga in ꝑplo
vt ibidem dī.
c Athalia. n. im-
pissima z filij eius
filij athalie nō ꝑnt
hic itelligi fratres
ochozie filij sui: q̃a
oēs fuerāt interfe-
cti: vt habet̃ supza
in principio. xxij. ca.
nec filij ochozie: q̃
illos interfecit athā-
lia: vt habet̃ supza
xxij. ca. in fine: z iō
filij eius b dicūtur
sacerdotes baal q̃s
ipa nutriebat vt dī
li. de hebraicis que
stiōib⁹. d Des-
truxerūt domū dei.
dimittētes multa
cadere: z spoliātes
tēplū vasis z orna
mētis: applicantes
ea cultui baal: z ꝓ
ter hō ad restaurā
dum ista reqrebat̃
magna pecunia: et
maxie q̃ illa q̃ erāt
applicata ydolis n̄
erāt vlteri⁹ diuino
cultui applicanda.

e Et fecerunt archam. tercio regũ dñi gazophilatium locus ẽ vbi põt reponi pecunia sine apertõne: nõ tñ inde retrabi sicut p fabricis eccliaꝝ solet fieri. f Et tulerũt singli pciũ dño ẽ. s. dimidiũ siclum: vt dictũ est supra. g Et cõgregata est infinita pecunia. bybole ẽ ad tenotandũ magnã summã: lz eẽt finita simpliciter. b Reliquã ptem pecunie. de q̃ fa. sunt va. templi ẽ. ptrariuꝫ vr. iij. Reg. xj. e. vbi dicitur. Nõ fiebant ex eadẽ pecunia bydrie templi dñi ẽ. Dicendũ q̃ q̃diu repabat tẽpli edificiũ: nõ fiebãt vasa templi ex illa pecunia q̃ ordiata erat ad repandũ edificium: ꝛ hm hoc loq̃tur scriptura. iij. regũ: sed edificio repato ẽ residuo pecunie facta sunt vasa templi: vt hic dr̃i Senuit ãt. Hic pñr tscribit ipsi⁹ ioiade felix psũmatio cũ dr̃. k Plenus dierũ. quia nõ trãsijt tps in vacuum: ꝛ in bonis opibus ptinue se exercuit: ꝓpter qõ valde soleniter sepultus fuit cum dicit. Sepelierũtq̃ i ciuitate dd̃ cũ regibus ꝛ subdit cã bui⁹.

l Eo q̃ fecisꝫ bonũ cũ isrl: ipm a dominio mulieris liberãdo: ꝛ ab ydolatria reuocando. m Et cũ dd̃. regẽ de eius semine restituendo: vt ptꝫ p predicta.

n Postq̃ autez. Hic pñr tscribit regnũ ioas tpe aduersitatis: ꝛ primo tscribitur ipsi⁹ ꝛ populi malũ culpe. scdo malum pene: ibi. Cumq̃ euolutus. Circa primuꝫ tangit duplex culpa. Prima ẽ ydolatria cuꝫ dr̃. o Ingressi sunt principes iuda ꝛ adorauerũt regẽ impendendo sibi diuinũ honorẽ sicut dictũ fuit diffusi⁹. iij. Reg. xj. f. p Et treliquerũt templũ dñi ẽ. abyssus. n. abyssum inuocat: ꝛ ideo de vno peccato tracti sunt ad alia. q Mittebatq̃ eis p phetas vt ẽ. ex q̃ apparet dei miseratio: ꝛ eorum obstinatio. Consequenter notat̃ de patricidio in interfectõe zacharie qui patri successerat in summo sacerdotio vt dr̃ et glosa magna hebraica treno rũ scdo sup illd̃. Si occidit̃ i sanctuario domini sacerdos ꝛ propheta. ꝛ in pñti cum dr̃.

r Spũs itaq̃ dñi induit zachariã. ex reuelatione. n. spũssancti et eius impulsu mot⁹ fuit ad cõstanter arguendũ regẽ et pplm.

s Filiũ ioiade p hoc oñdit̃ cõditio aggrauãs pctm̃ qz ioiada fecerat bona erga regez ꝛ pplm vtz ex pdictis.

t Miserũt lapides iuxta regi imperiũ. ex quo pz q̃ rex ꝛ pplus ppetrauerũt patricidium.

v Videat dñs et requirat. hoc dixit nõ zelotipe dicte: s iusticie diuine. x Cũq̃ euolutus cẽt annus. Hic pñr ponit̃ debita pena: ꝛ primo i tebellatione ioas cũ dr̃. Ascendit ꝓtra eũ exercit⁹ syrie tc̃. ꝛ patet sinia vsq̃ ibi.

